49. Ratgerius[7]) de wormacens. trad. sco Bon. in Castelere[8])marche. bona ſua que habuit prope moguntiam in uineiſ. agriſ. pratiſ. paſcuis. ſiluiſ. domibus. familiis.

50. Vta[9]) vidua trad. sco Bon. in mog. aream et domum et quicquid proprietatiſ ibi habuit.

51. Adalbreht[10]) trad. sco Bonif. in mogunt. bona ſua.

(139ᵃ) 52. Ego Rantulfus de wormacia tradidi sco Bon. bona mea in eodem pago quicquid proprietatiſ habui tam in agris quam uineiſ.

53. Ediram com. de worm. trad. sco Bon. bona ſua que habuit in hiſ locis. Longaſteſheim. Huffileibeſheim. Geboltesheim[11]) et Grawolfeſheim[12]). in terriſ siluiſ agris pratis. uineis. domibuſ. mancipiiſ. aliiſque rebus.

54. Waltrat uidua trad. sco Bon. in pago worm. unum biuanc et quicquid proprietatiſ ibidem habuit.

55. Gerhart et uxor eius Snelburch trad. sco Bonif. proprietatem ſuam in Sehilterode[13]) et Bellirode[14]). et in Creffeuelt[15]) et familiam ſuam.

56. Antger[16]) de pago worm. trad. sco Bon. bona ſua uineam et aream in uilla Scaplanze[17]) et hubam prope ciuitatem cum familia.

57. Ego Adalheicus[18]) de wormac. trado sco Bon. iuxta Mogontia aream et uineam.

58. Ato trad. sco Bon. bona ſua in uilla Talaheim areaſ duaſ. et uineaſ duaſ cum agriſ pratis ac ſiluis.

59. Gerbraht trad. sco Bon. in Tinenheim[19]) uineas .II.

60. Biligart comitiſſa tradid. sco Bon. in hephenheim[20]) terram arabilem et prata. et uineaſ treſ. et familiam.

61. Haderich[21]) pbr. trad. sco Bon. in uilla Harahesheim curtem unam et ecclesiam cum appendiciiſ ſuiſ. et uineam et quinque mancipia cum prole.

62. Hiltewart[22]) trad. sco Bon. in uilla Sulzheim partem eccleſie. uineam unam. et agroſ. prata. domos ac familiam.

---

[1]) hrvodolf. [2]) Sulziheim. [3]) uuihinheim. [4]) Otacar. [5]) sauuuilenheim. [6]) uuaccherenheim. [7]) ratharius. [8]) in marcu Bodobigrinse ultra hrenum ad Castrionis. [9]) Ota. [10]) Adalberctus. [11]) geboldeshufun. [12]) graolfeſheim. [13]) sehilturode. [14]) belliriod. [15]) in gereffeld. [16]) Nandgarius. [17]) scaplanzu. [18]) Adalleicuſ. [19]) in teinenheimo marcu. [20]) hepphenheim. [21]) hadurih. [22]) hiltuuar.

63. Vto de pago wormac. trad. sco Bonif. in ciuitate mogontia areaf duaf. et uineam unam. et aliam uineam extra muros ciuitatis .XL. iugera arature et .XI. mancipia cum prole.

64. Halpwalah trad. sco Bon. in ciuitate mogontia aream unam cum omni edificio. uineam .I. et agrof XII.

65. Liutfuint [1]) et Adalbraht filius eius trad. sco Bon. in Dinenheim aream .I. et terram arabilem uineamque unam.

66. Reginfuint trad. sco Bon. in mogontia (139b) aream unam. et in Sulzheim terciam partem ecclefie cum omni edificio et appendicio fuo. VIII iugera et mancipia XX cum prole.

67. Otmunt et uxor eius Erendrût [2]) trad. sco Bon. in ciuit. mog. aream unam et in Batenheim uineam .I.

68. Ego Lantfrid de mogontia tradidi sco Bon. curtem .I. et aream ultra flumen reni cum omni laboratu et cultu meo.

69. Ratpoto et uxor eius Rutlint [3]) trad. sco Bon, in Ruchefheim [4]) unam aream et uineam.

70. Wolfbald trad. deo et sco Bon. in Dinenheim fex uineaf. et aream .I. et duo iugera et duo molendina. et XX mancipia cum prole.

71. Folcwin de Mogontia tradid. sco Bon. XX iugera et uineam .I. in Eberwinefheim [5]). cum mancipiif .XVI.

72. Suanagart trad. sco Bon. areaf .III. et uineam unam.

73. Erlunc et Erlolf trad. sco Bon. in uilla Ebernefheim [6]) XV. iugera agrorum.

74. Abfuind [7]) trad. sco Bon. in uilla Ebernefheim [8]) .III. iugera et uineam unam.

75. Lantfrit trad. sco Bon. in eadem uilla aream unam extra muros ciuitatif mog. cum omni elaboratu et cultu suo.

76. Adalhart de mogu. trad. sco Bon. hubam .I. cum tribuf uineif. et mancipia .XX. cum prolibus eorum in uilla Dinenheim.

77. Berchar [9]) trad. sco. Bon. omnem proprietatem suam iuxta locum qui Wachara [10]) nuncupatur. cum mancipiis.

78. Hatolf [11]) trad. sco Bon. in uilla Elfenheim [12]) proprietatef fuaf. iugera .XXXIII. et mancipia .XXIII. cum prole.

79. Benedictuf clericus de civ. wormac. trad. sco Bon. in memoriam matris sue Hiltegarde [13]) aream. et uineam unam. et VIIII mancipia cum prole.

80. Gumpraht [14]) trad. sco Bon. in pago wormacenfe VI uineaf cum familiis et substantia earum.

81. Heilrat [15]) et soror eius Elisabet trad. sco Bon. in Mogontie uicinitate areaf .II. uineaf .III. .XL. iugera. mancipia XXIIII. et sobolef eorum.

82. Walthere [16]) prbr. de mog. trad. sco Bon. uineam unam et familiam cum fobole fua.

---

[1]) Liutfuuinda. [2]) Erinthrut. [3]) hruadlind. [4]) Hrocchesheim. [5]) in eburuuinefheimo marcu. [6]) aburinesheim. [7]) albfuind und im Contexte baldfuind. [8]) habarinefheim. [9]) bernachar. [10]) uuacharenheim. [11]) Ratulf. [12]) Elisanheim u. Elsinhaim. [13]) Biligart. [14]) gundpraht, im Cont. gundberctus. [15]) Geilrat. [16]) Uualtheri.

(140a) 83. Lambreth [1]) trad. sco Bon. bona fua. et uineam unam in Batenheim [2]).

84. Bilitrut [3]) trad. sco Bon. bona fua. uineam unam et XL. iugera.

85. Walther [4]) trad. sco Bon. hortum unum infra maros Mogontie.

86. Arnolf [5]) et uxor eius Gunda [6]) trad. sco Bon. in Tinenheim curiam unam. et uineaf duaf.

87. Wolfbalt de magon. trad. sco Bon. mancipia XIIII.

88. Nenoger [7]) trad. sco Bon. in Sulzheim [8]) et Gennesheim quicquid proprietatif habuit.

89. Vto trad. sco Bon. in moguntia curtef duaf et uineam.

90. Adalhart trad. in Tinenheim uineaf .III. cum agrif. filuif. pratif. domibus et familiis.

91. Leinfrit [9]) trad. sco Bon. curtem unam in mogontia.

92. Bernhere [10]) trad. in Battenheim uineaf .II. et agrof. prata. domof. ac familiaf cum prole.

93. Crimhilt [11]) trad. uineam .I. in moguntiorum marcha.

94. Altrat et uxor eius Helinburc [12]) trad. duo mancipia in mog. ciuitate. cum aliif rebuf fuif.

95. Bernkar [13]) trad. sco Bon. omnem proprietatem fuam in Wacherenheim.

96. Frumoher [14]). Hertinc et Adalprat [15]) trad. sco Bon. omnem proprietatem suam in uilla que dicitur Wanefheim.

97. Elfebeta et Geilrat trad. s. Bon. bona fua. in Wormazfelden LXXX iugera.

98. Item Elfebeth et Geilrat de mogontia trad. uineaf. IIas. et unam curtem. et aliam post emer.

99. Burcrat trad. s. Bon. in mog. iugera .X. et III. mancipia.

100. Ederam [16]) de mogont. trad. pro fratre suo Adalharto uineaf duaf ad montef [17]).

101. Otmar [18]) trad. sco Bon. in Worm. ciuit. hubam .I. et duaf uineas ad montef.

102. Nenther trad. sco Bon. bona fua. in Tinenheim. uineam et unam ancillam.

103. Willigart de Wormac. dedit sco Bon. uineam unam.

104. Witeram de wormac. trad. sco Bon. omnem proprietatem fuam in uilla Tornheim.

105. Ederam trad. sco Bon. bona fua in Hufelefheim et Geboltesheim.

(140b) 106. Hederih prbr. trad. sco Bon. bona fua in pago wormac. in uilla Burnesheim. omne predium fuum.

---

[1]) lanbertus. [2]) Pattenheim. [3]) bilidrud, im Contexte blidrat. [4]) Uualtheri. [5]) arnuuis. [6]) gundfrid. [7]) nandger, im Contexte nandheri. [8]) sulzanheim. [9]) landfrit. [10]) bernheri. [11]) cremhilt, im Contexte criemhilt. [12]) ellenburg. [13]) bernachar. [14]) Dieser Name steht nicht in der Urkunde. [15]) Vodilpraht. [16]) ediram [17]) in uilla que dicitur ad montibuf. [18]) otuuar.

107. Otakar trad. sco Bon. bona ſua in Wacherneheim et Saulenheim.

108. Rohine trad. bona sua sco Bon. in uilla Trutmareſheim. uineas et agros.

109. Lantfrit [1]) trad. sco Bonif. bona sua in Tinenheim.

110. Elſebet et Geilrat ded. bona sua sco Bon. in Wacherenheim. et Sauleneheim. uineaſ et agroſ.

111. Jordan de mogontia trad. aream et uineam unam.

112. Wolfbald de mogontia ſimiliter trad. 1. aream.

113. Hertinc et Adelbraht [2]) trad. bona ſua in Waneſheim. et X mancipia.

114. Guntram com. de Rinecgowe [3]) trad. sco Bon. bona ſua in Ouwa [4]).

115. Rubo de Remi pago trad. sco Bon. bona in Mumenheim [5]). cum uineiſ. domibus mancipiis et prole.

116. Adalſuint ded. bona ſua in Rogeſheim.

117. Imma trad. sco Bon. in Wormacia quicquid habuit proprietatiſ in agris domibus et mancipiis.

118. Vto de Worm. trad. sco Bon. bona ſua in Tinenheim et familiam.

119. Willigart trad. sco Bon. in Arheſheim [6]) .VI. manſos et uineam unam. cum ceteriſ rebus.

120. Wolfrûh [7]) trad. sco Bon. bona ſua in tinenheim.

121. Nenthere [8]) trad. sco Bon. bona ſua. id. eſt uineas .II. et areaſ .IIII. in Tinenheim.

122. Arnolt [9]) et uxor eius Guntſint [10]) trad. sco Bon. VII. mancipia.

123. Lubicho [11]) de Wormaze trad. proprietatem ſuam sco Bon. in agriſ pratiſ domibus et mancipiis.

124. Erkanbolt [12]) dedit bona ſua in Tinenheim [13]) sco Bon.

125. Eggihere [14]) et uxor eius Wolfſuint [15]) de mogontia trad. ſco Bon. bona ſua et familiam.

126. Otwart [16]) de wormat. trad. sco Bon. bona ſua. I. aream et .II. uineaſ unam in Maffenheim [17]) et alteram in Tulgesheim [18]) cum famulatu.

127. Megingoz trad. pro Hertingo fratre ſuo in Trutmareſheim duaſ hubas et uineas duas.

(141ᵃ) 128. Berthſuint [19]) et frater eius Wolfhart trad. sco Bon. uineam unam in Tinenheim.

129. Item Bertſuint trad. uineam unam et .V. mancipia.

130. Giſelfrid [20]) trad. sco Bon. bona ſua in wormazfelden uineaſ .VI. et XII. mancipia.

---

[1]) Die Urkunden zu den Summarien 102—109 fehlen jetzt in dem Chartularium. [2]) Vdalpraht. [3]) rinahgauue. [4]) houa. [5]) muomanheim. [6]) araheſheim. [7]) uuolfroh, [8]) nandheri. [9]) Arnuuis. [10]) Gundfrid. [11]) liuuicho. [12]) Ercanbald. [13]) tienenheimo marcu. [14]) eggiheri. [15]) uuolfſuuind. [16]) Otuuar. [17]) Vmaneșheimo marcu. [18]) tulgesheimoro marcu. [19]) berathſuuind. [20]) giſalfrid.

131. Ratfrit et Adalgart trad. bona ſua in Tinenheim uineam unam et familiam.

132. Arnus [1]) et uxor eius Gunda [2]) trad. sco Bon. bona ſua. et mancipia cum prole eorum.

133. Waltfrit de wormacia trad. uineaſ VI. in tribus locif.

134. Herimut [3]) de wormaze trad. X. iugera et pratum ad .IIII. feni carradas. et uineam .I.

135. Reginbraht de worm. trad. sco Bon. bona ſua in Wacherenheim [4]).

136. Wolfhart [5]) de Worm. trad. sco Bon. bona ſua in Wacherenheim.

137. Guntram de wormacia trad. aream .I. et uineam. et in alio loco uineas .IIII. cum mancipiis .XI.

138. Frorat [6]) et Gebehart [7]) trad. sco Bon. bona ſua.

139. Einhere [8]) et frater eius Benno trad. sco Bon. bona ſua et VIIII mancipia cum prole ſua.

140. Hartrat trad. sco Bon. bona ſua in Tinenheim unam aream et .I. uineam.

141. Willibraht et Rutwic [9]) trad. sco Bon. bona ſua et uineam in vineſheim [10]).

142. Gowiman [11]) de wormeze trad. sco Bon. bona ſua in Sulzheim. aream .I. et uineam. et XVI. iugera.

143. Adalbertus trad. sco Bon. bona ſua. et uineam unam.

144. Item Adalpraht [12]) trad. aream unam in Heggedeſheim [13]).

145. Erkanbolt [14]) de wormeze trad. sco Bon. III. uineaſ et unum mancipium.

146. Ederam [15]) et Waltrath trad. sco Bon. bona ſua in Longeteſheim [16]). II. uineaſ .II. prata. agroſ et familiam.

147. Fartburch [17]) trad. sco Bon. II. areas et uineam unam.

148. Helmſuind trad. partem eccleſie in Wachernheim. et omnia (quae) ad eandem eccleſiam pertinent in agriſ uineis et familiis.

(141[b]) 149. Alabrun [18]) trad. sco Bon. uineam et aream unam in ciuitate mogontia. et .X. mancipia.

150. Rathilt [19]) trad. sco Bon. uineam. I.

151. Wolfger et Albger [20]) trad. beato Bon. in Oppenheim aream et uineam.

152. Gunthilt trad. sco Bon. uineam unam in wormatia.

153. Betto pbr trad. sco Bon. bona ſua et mancipia VI.

154. Rathfrit et Altgart [21]) trad. bona ſua sco Bon. in Tinenheim. uineam unam.

---

1) Arnuuis. 2) Gundfrid. 3) Herimot. 4) uuacharenheim. 5) uuolfhart, im Contexte folchart. 6) fruorit. 7) gebahart. 8) einheri. 9) Hruoduuig. 10) umeſheimero marcu. 11) gauuiman. 12) Vodilpraht. 13) hehhideſheim. 14) erchanbald. 15) Edram. 16) longaſtesheim. 17) Fastburg. 18) Albſuuind. 19) rahhilt. 20) albger, im Contexte albheid. 21) adalgart.

155. Baltſuind trad. sco. Bon. in wormezfelde uineam et IIII. iugera arature.

156. Rapoto [1]) et Rutlind [2]) trad. sco Bon. XL. iugera et unam uineam in Rocheſheim [3]).

157. Frewibraht trad. sco. Bon. uineam in Tulgesheim.

158. Blitmut [4]) trad. sco Bon. uineam .I. in Batenheim.

159. Liutbraht trad. sco Bon. uineam .I. et aream .I.

160. Liutbalt [5]) trad. sco Bon. totam ſubſtantiam ſuam.

161. Amenolt [6]) trad. sco Bon. bona ſua quecunque habuit in uineis. pratis. ſiluiſ. et familiiſ.

162. Gozbraht trad. sco Bon. uineam unam.

163. Siggo trad. sco Bon. VIII. agroſ et pratum unum ad XX carradas feni. et X mancipia. cum ſubſtantia eorum.

164. Richolfuſ [7]) epc. trad. sco Bon. biuangum unum in pago Wetereibe [8]).

165. Ata de mogontia trad. curiam unam. et omne edificium.

166. Randolf de wormatia trad. VI. iugera ad scum Bon.

167. Betto. Einhart. Wolfhart. Irminger dederunt uineas ſuas sco Bon. in Tinenheim.

168. Berthrat [9]) sco Bon. dedit mancipia VIII.

169. Adalburo [10]). et Adalbirc [11]). Gerſuint. Meginburc [12]). Herfuint [13]) trad. predia ſua sco Bonifacio.

170. Hiltwin [14]) trad. omnem ſubſtantiam ſuam et se ipſum sco Bon.

171. Erkanbalt trad. in Saulenheim [15]) unam hubam et III. uineaſ. et omnem ſubſtantiam ſuam.

172. Folrich [16]) trad. iugera .II.

173. Megengoz [17]) de Tinenheim trad. sco Bon. familiam ſuam.

(142*) 174. Willigart trad. sco Bon. bona ſua uineam et iugera VIIII.

175. Betto trad. VII. mancipia cum prole eorum.

176. Otakar trad. sco Bon. XL. iugera et prata ad VI carradas. et in alio loco Heggeſtette [18]) XIII iugera et pratum.

177. Frecho [19]) trad. sco Bon. in Bruningeſheim. XXX. iugera et prata ad .VI. carradas.

178. Otakar trad. sco Bon. in uilla Berhgereſheim [20]) manſos .II. et pratum unum.

179. Anthart [21]) trad. sco Bon. in Bruningeſheim. [22]) manſum unum. iugera .X. et prata. V. et domos et familias.

180. Altmunt trad. sco Bon. in Rungereſheim [23]) iugera .X. et prata ad .VI. carradas.

---

[1]) ratboto. [2]) hruodlind. [3]) hrocchefheimo marcu. [4]) blidmot. [5]) liebald. [6]) Amanolt. [7]) ricolfuſ. [8]) uueterabenſe. [9]) berahtrat. [10]) adalbirg. [11]) Vodalbirg. [12]) meginbirg. [13]) heriſuuind. [14]) hiltun. [15]) fauuilenheimero marcu. [16]) folcrih. [17]) megingoz. [18]) heggiſtetiu marcu. [19]) freigiſ. [20]) berahtgiſeſheim. [21]) anthat. [22]) in marcu eggenheim. [23]) brunningeſheim.

181. Trad. Irmbraht[1]) sco Bon. in uilla Caltebuh mancipia .III. cum prole et fubftantia eorum.

182. Trad. Reginbraht sco Bon. mancipia .II.

183. Ego Erlof [2]) trad. sco Bon. pro redemptione Bertfuinde [3]) matrif mee mancipium cum prole et fubftantia fua.

184. Ata trad. familiam fuam sco Bon. ad cenfum.

185. Ego Williraht [4]) et Engilpraht dedimus sco Bon. feruum Lutolfum [5]) ad feruitium eternum.

186. Ego Willa trado sco Bon. aream unam et domum et tria mancipia cum prole eorum.

187. Erminolt [6]) trad. sco Bon. in pago wormac. in uilla Omenheim [7]) uineam unam et .II. mancipia cum prole eorum.

188. Ibirolf [8]) trad. sco Bon. in uilla Tornheim. agrof uineaf. prata domof et mancipia.

189. Waltrat et Atto [9]) trad. sco Bon. in Bôgbarten [10]) proprietatem fuam. in agrif pratif. filuif. uineif ac mancipiif.

190. Getager [11]) de Talaheim. ded. sco Bon. bona fua. in Tienheimere [12]) marca. agrof et prata. et mancipia.

191. Helmerih [13]) et Helferih [14]) trad. sco Bon. bona fua. in Tienheim. [15]) aream et pomerium.

192. Yrmina trad. sco Bon. aream unam et uineam in ciuitate mogontina.

193. Wigirih [16]) trad. sco Bon. bona fua in ciuitate mogn. areaf .II. et familias cum prolibus.

194. Germunt trad. sco Bon. bona fua in pago grapfeld. et uilla Macreffelt [17]).

(142[b]) 195. Folmunt [18]) trad. sco Bon. quicquid habuit proprietatif in uilla folmunteshufen [19]) (in) terrif. pratif. filuif. pafcuif domibus edificiis. mancipiis.

196. Ebur et uxor eius Rilint [20]) trad. in funtheimere [21]) marca proprietatef et familiaf fuas.

197. Otger trad. sco Bon. totam familiam fuam cum prole.

198. Grifinc [22]) trad. sco Bon. predia fua in ostheim [23]).

199. Fridehelm [24]) trad. sco Bon. in berenrod [25]) quinque hubaf. et XX iugera. cum mancipiif XX et eorum prole.

200. Ego Helid dono sco Bon. in fpizesheim [26]) hubam unam. et uineam in Tinenheim.

201. Ego Walraban [27]) de pago Reni trado in uilla Houen [28]) ecclefiam cum omni conpertinentia et familia fua. Similiter in Oppenheim omnem proprietatem meam in uineif agrif pratif.

---

1) ifanpraht. 2) erlolf. 3) berathfuuinden. 4) uuilliram. 5) liutolfum. 6) ermanolt. 7) omunheim. 8) iburin. 9) Voto. 10) Bootbarta. 11) theotacar. 12) tienenheimero marcu. 13) Helmrih. 14) Helfprih. 15) teinenheim. 16) Uuigrih. 17) mareeffelt. 18) uuolmunt. 19) uuolmuntefhufun. 20) rihlind. 21) fundhemino marcu. 22) greiphing. 23) ostheimero marcu. 24) fridoheim. 25) Bernriod. 26) fpiozefheim. 27) Uualuram. 28) hofun.

202. Item idem Walraban trad. sco Bon. infra muros mogontie ciuitatis aream unam cum edificiif.

203. Idem ded. in trutmarefheim et Suabenheim [1]) predia et mancipia fua sco Bon.

204. Hederih [2]) de rinecgewe [3]) trad. sco Bon. bona in Elimarefbah. et Fapphenheim [4]) et Tornheim omne predium cum mancipiis et fubftantia fua et prole.

205. Lantgoz de Rinecgewe [5]) trad. sco Bon. predia fua cum omnibus poffeffionibus et mancipiif fuis et eorum prole.

206. Gerolt trad. sco Bon. duo iugera et unam capturam in pago Reni fluminis.

207. Berhtrih [6]) de Ringewe [3]) trad. sco Bon. in Tinenheim unam curiam et XIIII. iugera. Infuper uineam et mancipia cum ceterif rebus.

208. Zeizolt [7]) trad. pro animabus parentum suorum unam ancillam cum omni fubftantia eius.

209. Rutbalt [8]) trad. sco Bon. bona fua in Rochefheim [9]).

210. Rapoto [10]) trad. sco Bon. in uilla Rochefheim [9]) aream. unumque feruum diuitem. cum cetera familia.

211. Hadebraht. [11]) et Elberih [12]) tradid. sco Bon. in Bocbarten [13]). predia multa et uineas.

212. Guntram et uxor eius Ortrud [14]) tradid. predia. sco Bon. in Rorbah. Otenbach [15]). Tinenheim. Oppenheim. Symera [16]). et Chire [17]) quicquid proprietatis habuerunt.

(143ᵃ) 213. Ego Guntramus [18]) comes trad. sco Bon. quicquid proprietatif habeo in uilla uocabulo Orfa. et Houen [19]). in pago Reni in terminif Gotahe [20]).

214. Idem Guntramus comef trad. sco Bon. in wormezfelden [21]) in uilla Arpleiben [22]) aream et capturam et XV iugera. et uineam unam, et in lonefheimere marca areaf tref. cum totidem hubif. et in mogontia curiam unam. et mancipia .LVI.

215. Sigestein [23]) trad. sco Bon. quicquid proprietatif habuit in uilla Heingeftorfe [24]).

216. Martin cum confenfu domini fui comitis Bopponif trad. sco Bon. quicquid proprietatif habuit. in loco Buirbach [25]). et feruum Einhart.

217. Almar trad. predium fuum in dipoldefhufen [26]) et familiam.

218. Rucelin [27]) ded. sco Bon. IIII. hubaf in Luteren. [28]) et capturam .L. in Rucelendorfe [29]) et VIIII. mancipia.

219. Helmbolt [30]) trad. predium fuum in Scunderen [31]) et familiam.

---

[1]) fuuaboheim. [2]) Hadurih. [3]) rinahgeuue. [4]) phupfenheim. [5]) rinihgeuue. [6]) Perahtrih. [7]) zozzolt, im Contexte gozolt. [8]) hruotbald. [9]) Hroçchefheim. [10]) ratboto. [11]) Haduprahht. [12]) Elbrih. [13]) botbarta. [14]) otthruda. [15]) Votenbah. [16]) simmera. [17]) chira. [18]) gunthramnus. [19]) houa. [20]) gotalohono. [21]) uuormazfeldono. [22]) apfloa. [23]) sigistein. [24]) hengiftorphono marcu. [25]) buribah. [26]) thiotboldefhufon. [27]) ruocelin. [28]) ad Luthero. [29]) ruocelinerode. [30]) Helmolt. [31]) fcuntro.

220. Willikumo trad. sco Bon. proprietatem ſuam in Hettenhuſen [1]. et in aliis locis familiam.

4. Descriptiones eorum qui in Folcfelt et in Gollahegewe. Tubergewe. Iageſgewe. Rangowe et in badenecgowe. sco Bonifacio ſua predia tradiderunt.

1. Sigeboto et Duto tradiderunt sco Bon. predia in Riſgelbach quicquid habuerunt.
2. Sanderat et uxor eius gebesuint trad. sco Bon. mancipia .XLVI.
3. Marcuart et uxor eius perhthilt trad. sco Bon. eccleſiam unam et quicquid in quatuor uilliſ proprietatiſ habuerunt .i. in Stetin. Lutenbach. Zimberen. et superiori Stetin ubi eccleſia edificata est.
4. Sindolt trad. sco Bon. bona ſua in uilla Steinaha cum prediiſ et familiiſ.
5. Ego Ilbinc trado sco Bon. in folcfelden. predia mea in uilliſ ſubſcriptiſ. Knezcegewe. Geroltesſhoue. et in Winideheim. et Dampheſtorf. Stetefelt. totum et integrum cum mancipiis.
6. Wintrunc trad. sco Bon. in folcfelden. totum predium ſuum ſimul cum mancipiiſ et eorum ſubſtantiiſ.
(143b) 7. Marcuuart de Tuberecgewe trad. sco Bon. in oberenſteten. in Gruningen. et in pago mulihgewe totum et integrum quicquid proprietatis habuit cum familiiſ et eorum ſubſtantia.
8. Hiltebraht et Liſmut trad. sco Bon. quicquid proprietatiſ habuerunt in Oſtheim. Altheim. Feroltesheim tam in prediiſ quam in mancipiis.
9. Erkanbertus epc. et ſoror eius Burcſuint trad. sco Bon. bona ſua in gollahegewe quicquid in uilla lara. ſuper ripam ſluminiſ Steinaha proprietatiſ habuerunt.
10. Adelger de gollahegewe trad. deo et sco Bon. quicquid proprietatiſ habuit. in uilla Lemberheim et in pago wingarteibo unius capture dimidiam partem. cum familia.
11. Tradidit karoluſ imper. in pago Walſatie sco Bon. monaſterium Holzchirche cum omnibus appendiciiſ ſuis [2].
12. Hiltolf et Brunhart tradid. sco Bon. proprietatem ſuam in Heitingeuilla in pago wingarteiba.
13. Willirih et uxor eius Burgunt trad. sco Bon. in uilliſ. Meitamulin. zutilingen. iagese. cum omnibus proprietatibus prediorum et mancipiorum.
14. Truthilt trad. sco Bon. bona ſua in pago Iageſgewe. uilla meitemulen quicquid habuit proprietatiſ.
15. Adalhart trad. proprietatem ſuam in pago meitamulin in uilla Rucheſheim. cum familiis et prole ac ſubſtantia eorum.

---

[1] hettenhusono marcu. [2] Schann. trad. no. 45.

16. Kunibraht trad. sco. Bon. proprietam ſuam in Bunningen. Lutera. Saulehe im. tam (in) agriſ quam uineiſ et familiiſ.

17. Reginbraht et uxor eius Irmingart trad. deo et sco Bon. proprietatem ſuam in Fargolteſbah. et marhfelden. et Bonlanten. quicquid habuerunt in hubiſ. in familiis et ceteriſ rebuſ.

18. Burgunt trad. sco Bon. in Heiteneſbah quicquid proprietatiſ habuit tam in prediiſ quam in mancipiiſ.

19. Ditolt et fr. eius Hildewin trad. sco Bon. in yphigewe. et Eggolfeſheim predia sua.

(144[a]) 20. Ego folgger et uxor mea Engiltrut trad. sco Bon. proprietateſ meaſ in Grûmbach. in pago Gozfelden. cum omnibus subſtantiiſ et familiiſ ac prole eorum.

21. Ditmunt trad. sco Bon. mancipia XVII cum ſubſtantia et prole eorum.

22. Itiſburch trad. sco Bon. proprietateſ ſuaſ in uilla eius nominis in gartahamarca cum familiis et prole earum.

23. Tacholf trad. sco Bon. in pago Gozfelden. in occidentali Bleihfelden areaſ. hubaſ. iugera. prata. ſiluas. domos ac familias.

24. Ymma trad. sco Bon. bona ſua in pago wingarteiba. in uilla Tunnaha omnia quecunque habuit. in domibus. agriſ et familiiſ.

25. Tradidit Blenſuint deo et sco Bon. bona ſua in pago iageſgewe in uilla Mechitamulin cum familia et eorum ſubſtantia. aliiſque plurimis facultatibus tam in agriſ quam in ſiluiſ.

26. Amalrih trad. sco Bon. predia ſua in Erlebach.

27. Giselhere trad. sco Bon. predia ſua in pago iageſgewe. uilla Mechtamulin cum familia et prole.

28. Woneeger trad. sco Bon. proprietateſ ſuaſ in Ruocheſheim. cum familia et eorum ſubſtantia.

29. Richart et uxor eius Hadaburc trad. sco Bon. proprietateſ ſuaſ in uilla Stetene. cum familia.

30. Zubo trad. sco Bon. proprietateſ ſuaſ in tubergewe in uilla Efginaha cum mancipiis et rebuſ ſuiſ. et eccleſiam cum ſuiſ appendiciiſ et decimationibuſ.

31. Gliſmût et filius eius Diterich trad. sco Bon. Mulihgewe in uilla Alahtorf quicquid ibi proprietatiſ habuerunt. et familiam.

32. Rudinc trad. sco Bon. proprietateſ ſuaſ in Hôhuſen. cum mancipiiſ et rebus.

33. Grawolf et uxor eius Deura tradid. sco Bon. predia ſua in uilla Boucheim et Argifeſheim cum familiiſ et ſubſtantiiſ eorum.

34. Willihere trad. sco Bon. bona ſua Mechitamulin in uilla Zutilingen.

(144[b]). 35. Concambium Burchwarti cum Baugulfo abbate. Abbaſ dedit comiti Burchardo aream in uilla Zutilingen. et ille e contra duplicem donationem dedit.

36. Marpburc trad. sco Bon. in Kencegowe. in uilla que dicitur Duringeſſtat. et in uillis que dicuntur Leiterbah et Heingeſſelt. et Ebliſſelt. et

Ebilbah. et Eibingen. et wazcerlofa quicquid proprietatif habebat in illif locis circa mogum fitif. una cum familiif.

37. Comef Bernhardus et Ratbirc trad. sco Bon. bona fua in kunigefhouen. quod eft in montanif contra boemiam et Scheheflize cum familiis et prole eorum.

38. Leobperga trad. sco Bon. bona fua in Hohhufen. cum familiif et prolibus ac fubftantiif eorum.

39. Rudolt et werenhariuf comitef trad. bona sua in locif hif. Herbeftfelden. kerolteftein. Herolfesheim. Wihenheim. Adelolfesheim cum rebus et familiif. cum ecclefiif et decimationibus.

40. Reginfrit trad. deo et sco Bon. predia fua in Steinfelt et linaha. et in altera uilla Baltdratefhufen cum familia et omni fubftantia.

41. Folcmut trad. deo et sco Bon. predia fua in Steinbach et Sebach cum mancipiif XX.

42. Engelmut trad. deo et sco Bon. proprietatef fuaf in uilla Linaha. Wagingen. et Hagenowa.

43. Regindrud trad. sco Bon. familiam fuam cum prole et eorum fubftantia.

44. Manto trad. sco Bon. predia fua in Gruonfelt pro animabus parentum fuorum.

45. Reginwart trad. proprietatef fuaf in uilla Cramphefneftu cum familia.

46. Erkanbertus et Nithgeruf trad. predia fua in uilla Feroltefheim. et Suinfurti. cum familiis.

47. Wicpraht trad. sco Bon. bona fua in locif iftif. Irenbrahtefhufen. et arprahtefhufen. pro fe et pro parentibus fuif.

48. Glifmut trad. sco Bon. predia fua in wilantefheim et weraltefheim.

(151ª) 49. Helmbraht dedit sco Bon. predia sua in Gozfeldene marca. in terrif pratif. agrif. filuis domibus familiis.

50. Folcger trad. sco Bon. ecclefiam cum ceteris proprietatibus in Saunefheim in pago Iphegowe.

51. Adelbolt trad. sco Bon. proprietatef suaf in uilla Bleihfelt. que est in pago Gozfelden. cum multa familia.

52. Tumbraht trad. sco Bon. predia fua in uilla Iringefheim. quod est in pago Breitahagewe. et familiam.

53. Rathere trad. sco Bon. proprietatef in uilla Kocheren. quod eft iuxta Chocharam fluuium. cum multa familia.

54. Wernharius trad. sco Bon. predia fua in pago Folchfelden. in uilla Winet Hohheim cum multa familia.

55. Tradidit dnf waningus sco Bon. predia sua in Folcfelden cum XX mancipiis.

56. Eigilfuint trad. sco Bon. bona sua in iagefgowe in uilla Rohefheim et in uilla Sigininingen.

57. Truthilt trad. sco Bon. predia fua in pago Gozfelden. uilla Etilebe.

58. Gerhilt comes trad. sco Bon. bona ſua in hiſ lociſ. Carabach. Herewarteſhuſen. Tharalingen. Linaha. Luzenheim. Einhereſheim. tam terriſ quam ſiluiſ. pratiſ. areiſ. familiis.

59. Madalger trad. sco Bon. bona ſua in uilla Zutelingen. in pago iagefgewe.

60. Wernolt trad. sco Bon. predia ſua. in uilla Sumbrochenheim. cum mancipiiſ et eorum ſubſtantiis et prolibus.

61. Huhinc trad. sco Bon. predia ſua in hiſ lociſ. id est in Buteneſhuſen et phalbahc. quicquid in agriſ pratiſ ſiluiſ domibus et familiiſ poſſidebat.

62. Leiderat trad. sco Bon. bona ſua in Breithaha. quicquid proprietatiſ ibi habuit.

63. Vnuwan trad. sco Bon. bona ſua in othelmeſhuſen et in aliiſ lociſ quicquid habuit proprietatis cum familiis.

64. Nenthere trad. sco Bon. bona ſua in Baldrateſhuſen et Steinfelden quicquid proprietatiſ ibidem habuit.

(151[b]) 65. Tradidit Heio et theofrath (?) sco Bon. in Recibach proprietateſ ſuaſ. hubam unam et uineam cum ceteriſ rebus.

66. Engilhart trad. sco Bon. in pago iageſgowe omneſ proprietateſ ſuaſ cum familiis et rebus.

67. Eberhart trad. sco Bon. uineam unam et mancipium in uilla Baldrateſhuſen et unum ſeruum nomine Erfrât.

68. Ernoſt trad. sco Bon. in uilla Bleifelt predia ſua in terriſ ſiluiſ agriſ pratiſ uineiſ domibus familiiſ quicquid habuit.

69. Slawo et uxor eius gerhilt trad. sco Bon. bona ſua in uilla Mechitamunil in pago iageſgewe. quicquid proprietatiſ habuerunt in agriſ ſiluiſ pratiſ domibus familiiſ.

70. Vta trad. sco Bon. bona ſua in weſtheim. Rotaha. Sala quicquid proprietatiſ ibi habuit cum familiiſ et prole.

71. Ego Hiltwin trado sco Bon. bona mea in loco Elizberc in pago Folcfelden cum familia et omni ſubſtantia mea.

72. Opprahi trad. sco Bon. bona ſua in pago Rangewe in uilla Bergelen.

73. Adalmunt trad. in iſiuſheim uineam.

74. Adelmunt comeſ et frater eius Liutwin tradid. facultateſ ſuas sco Bon. in uilla Birgilin.

75. Gozbertus trad. pro gozberto gunthardo et alberico in eadem uilla proprietateſ et familias suas.

76. Truantuſ trad. sco Bon. bona ſua in zozeſheim cum familiis et rebus.

77. Waltrat trad. sco Bon. bona ſua in Engeheresheim et Suntheim Egereſheim. Megreſheim Echerbach et aliiſ lociſ.

78. Megengoz trad. sco Bon. ſeruum nomine Scrazman cum ceteriſ boniſ ſuiſ.

79. Born trad. sco Bon. bona ſua in Marlohen hoc est uineam. et hubam unam,

80. Burcſuind trad. sco Bon. proprietatem ſuam in Lara et Lemberheim. ſuper ripam fluminiſ Steinaha.

81. Egino comes trad. sco Bon. bona ſua in Lengeffurt cum familia et ſubſtantia ſua.

82. Gozolt trad. predia ſua in linaha. hoc eſt uincam. agroſ. domoſ et pomeria omnemque ſubſtantiam et familiam.

83. Blitrud com. trad. sco Bon. has uillas Ebileſfelt et (152ᵃ) wazzerlofa. Durngeſtat. Staffelſtein. Kuneſtat. et cetera loca.

84. Item eadem comitiſſa trad. sco Bon. in pago Gozfelden in uilla Isineſheim proprietatem ſuam in agriſ. uineiſ. pratis ſiluiſ domibus ac familiis et prole eorum.

85. Adelbreth com. et frater eius eggibreht trad. sco Bon. XXX uillaſ iuxta fluuium Bollaha et Tubere. in pagis Badnegowe et Rangewe et mancipia sine numero.

86. Walah com. et uxor eius Megina tradiderunt Kneegowe. Terhiffe. Marbburgehuſen. et cetera confinia iuxta Moyn fluuium ſita.

87. Erdin et Gloubrat trad. sco Bon. Tungede et omnia confinia eius. in pago Werengewe. cum multa familia.

88. Vta trad. pro memoria uiri ſui Morialdi in weſtheim Rota et cetera confinia prediorum in pago Chochengewe. cum familia ſua.

89. Otwin trad. sco Bon. in Heitingeſuelt proprietateſ ſuaſ et familiaſ.

90. Gozuib trad. sco Bon. in erlibah bona ſua.

91. Mahtſuint et ſoror eius Burcſuint trad. sco Bon. Steinaha et omnia loca confinia ei.

92. Nithart trad. sco Bon. Medebach in phinzgowe.

93. Reginſuint com. trad. sco Bon. Rîtheim. et Rîtfelt. Suabaha. Suabheim. Vrheim. Vrbareſheim. wilonteſheim. Biergila. Houeheim. et cetera loca in pago Rangewe.

94. Eîo et Regenhilt tradid. Remininingen totum et integrum quicquid ibi habuerunt sco Bon.

95. Arnfrit trad. uilla Grezceſtat et omnem familiam eius.

96. Ezzelo trad. proprietates ſuaſ in Kurnaha et Dornheim quicquid ibi habuit in agriſ. pratiſ. ſiluiſ. familiiſ.

97. Wernbraht trad. bona ſua in Gruonbach. et Iſinharteſhuſen. in pago Gozfelden. cum familiiſ et rebus.

98. Tagabraht trad. sco Bon. in pago Walſaciae. Cellingen. et in Baldrateſhofen et in Steinfelden quicquid ibi proprietatiſ habuit. et familias.

99. Hatto abbas dedit Humberto comiti .V. hubaſ in prouincia turingorum et recepit ab eo totidem in cellingen.

(152ᵇ) 100. Dederunt fideleſ uiri Berengoz et Flambraht in rezeſtat sco Bon. quicquid proprietatiſ habuerunt. in areiſ pratiſ uineiſ. ſiluiſ. mancipiiſ.

101. Richere et uxor eius Rihiza trad. sco Bon. predia ſua in Richereſdorf. et in omnibus finibus eius. agroſ. uineas. domos et familias.

102. Reginſuind dedit sco Bon. predia ſua in lara et ſteinbah cum mancipiiſ. agriſ. uineis. et c (censu?).

103. Hageno et Reginhilt dederunt sco Bon. Damphesdorf. wlfericheshufen. et wlfenbah et Hagenen Niufeze. et cetera loca cum omni integritate et familiis.

104. Helmbolt trad. pro Folcholdo et Engeldruda. in Altheim et Nezzelbach quicquid proprietatif habuit. cum familiis et rebus.

105. Otfrid trad. deo et sco Bon. in uilla Otingen in prouincia Walfazia omnem proprietatem suam. et familiam cum prole.

106. Sigeboto trad. sco Bon. in tubercgowe in uilla Grunefelden omnem proprietatem suam. in agrif et familiif.

107. Willehelm et uxor eius de Gollahe trad. sco Bon. predium fuum in uilla Horabah cum omni familia.

108. Engilbrath et fr eius Bubo trad. sco Bon. uillam Semmaha cum omni proprietate et familia.

109. Adelbech trad. sco Bon. proprietatem fuam in uilla Hittenheim cum fubftantia et familia et prolibus fuis.

110. Adelolt trad. sco Bon. quicquid proprietatif habuit in uilla Hirzeffurt et familiam.

111. Boppo epc et foror eius Seburhc trad. sco Bon. in Ratinzgowe in uilla Ebileffelt et Heroltefhufen omnem proprietatem fuam in uillif atque familiif et fubftantiif eorum.

112. Folcholt trad. sco Bon. predia fua in Heitingeffelt.

113. Adalhart trad. sco Bon. in Hohdorf omnem proprietatem fuam. in agrif filuif ac familiis.

114. Wolfboto trad. sco Bon. in uilla Barhtorf X hubas et familiam cum omni fubftantia fua.

115. Adahart com. trad. sco Bon. tria loca. Gremiftorf. Hohftete. Erneftefwiniden. cum familiif et omnibus appendiciis.

116. Rihmunt et Balderih tradiderunt sco Bon. in Egrifheim omnia que rex Arnolduf Herolto uafallo fuo olim contradidit.

(149ᵃ) 117. Ego wago dei gratia comef deuota mente trado sco Bon. proprietatem in uilla Votinga cum familiif et omnibus compertinentiif et facultatibus.

118. Adalot trad. sco Bon. quicquid proprietatif habuit in uilla Birgila nuncupata cum familiif et aliif utilitatibuf.

119. Ego Mennifgo trado ad scm Bon. in Heitingefbach unam aream. et iugera .XX. cum mancipiif .VIII.

120. Marcuart trad. ad scm Bon. in uilla wichartefheim. in pago Tubergowe quicquid proprietatif habuit. tam terrif quam filuif. pratis. domibus ac mancipiif.

121. Ditmunt trad. bona fua in Ostheim. cum omnibus proprietatibus atque familiif.

122. Opraht trad. in Sliffebach sco Bon. omnem proprietatem et facultatem fuam et quatuor mancipia.

123. Gerwic et Erkanbreht trad. sco Bon. bona sua in Hochufen in pago Tubergewe.

124. Kunibreht [1]) comes trad. sco Bon. bona sua in Hohtorf. Gruninga. Chirecheim. Fehinge. Stangebah. wlfinge. et in Boteburon. Adaloltesheim. Wahalinge. Bunningen. Lûtra. et in Heffingesheim et in Saulenheim in pago wormazfeldo. quicquid in his locis proprietatis habuit.

125. Item idem Kunibertus comes trad. sco Bon. in wertheim. Biscoffesheim. Kuffese. et in Rowilenheim. Heringesheim. et in Kamerdinge quicquid proprietatis habuit. tam in agris quam siluis. pratis. campis et familiis.

126. Werinher comes trad. sco Bon. omnem proprietatem et familiam suam in Gerolteshouen. in Adelolfesheim. in knezegewe. in Ostheim. in Westheim.

127. Sindolt trad. sco Bon. in Steinbach omnem facultatem et proprietatem suam in agris pratis. siluis. domibus et familiis.

128. Egino trad. sco Bon. in Halbingestat omnem proprietatem et familiam suam cum prole.

(149[b]) 129. Ezzilo trad. sco Bon. in loco Hohenstat qui situs est iuxta ripam fluminis Eisga et iuxta Medabah. quicquid proprietatis habuit. maxime autem mancipia XXX ad censum annuatim soluendum.

130. Ezzilo comes trad. sco Bon. in eadem sclauorum regione. uillas has. Tutenstete. Lonrestat. Wachenrode. Sampach. et Stetebach. Iterum Sampach simul cum inhabitantibus sclauis. qui singulis annis censum reddere debent fuldensi monasterio.

131. Item idem Ezzilo comes trad. sco Bon. ecclesiam sui nominis Eccelenchirchen simul cum uilla eadem, et Rezzestat. et iuxta mogum. Ohsenfurt. Frichenhusen. simul cum familiis. et omnibus compertinentiis.

132. Item idem Ezzilo comes trad. sco Bon. in Hettingesfelt quod est iuxta mogum uineam unam longam et latam.

133. Nithart pbr trad. sco Bon. capturam unam iuxta Hohstede iuxta ripam fluminis Eisge. Ibidem etiam duas uillas cum domibus agris. pratis. siluis. mancipiis. Rotensante. Rohenhohstete nuncupatas. in uilla autem que dicitur Medabah XI. mansi de sclauis. censum singulis annis. reddere debent sco Bon. in altera autem uilla que Eberenesbrunno dicitur .XXX. mansi sunt censum reddentes.

134. Eberhilt ancilla dei dedit sco Bon. bona sua. in loco Ritfelt nuncupato cum .XXX. mancipiis.

135. Megingoz trad. sco Bon. bona sua in Gozfelden nonaginta iugera. et III. areas. cum domibus edificiis mancipiis et eorum substantiis.

136. Otto dux trad. sco Bon. duo oppida in regione Noricorum. Berharteshusen et Bilingriz. cum omnibus sibi adiacentibus et attinentibus locis. cum familiis et omni prole sue posteritatis.

---

[1]) Vergl. Cap. 3, 29.

(150[a]) 5. Descriptiones eorum qui de Salegewe et Weringowe proprietatef fuaf sco Bonifacio in fuldensi mon. contulerunt.

1. Waleman [1]) trad. deo et sco Bon. in Bonlanten omnef proprietatef fuaf. in agrif. pratif. campif filuis domibus familiif. et omnibus utilitatibus ad eum pertinentibus in pago Salegewe.

2. Burchrat [2]) pbr trad. sco Bon. in loco Hirzfelt [3]). in Nutilingen hubam unam. in loco qui dicitur wintgrabe [4]) hubaf .IIII. in Salegewere [5]) marcha.

3. Hadaburc et foror eius Hucca [6]) trad. sco Bon. in Salegowe omnef proprietatef fuaf in hubif. agrif. pratif. filuif. ac mancipiif.

4. Sandrath [7]) trad. sco Bon. bona fua. in Lurungen [8]) XX. iugera. et unam areolam in Sulzdorf hubaf .XX. et filuam unam in Lurungen.

5. Manna [9]) ancilla xpi trad. sco Bon. bona in Salegèwe [10]) omnem proprietatem fúam. cum domibus agrif pafcuif filuif familiif.

6. Ego Freibraht trado ad scm Bon. bona mea. in terrif. filuif. pratif. agrif. illam fciltcet marcham iuxta fluuium Scamfulda [11]). cum mancipiif.

7. Ego Rantwic [12]) trad. sco Bon. in uilla nutelungen [13]) bona mea et .IIII. mancipia.

8. Ego Leiderat [14]) trad. sco Bon. in predicta uilla omnem proprietatem meam et .III. mancipia.

9. Rohinc trad. sco Bon. bona fua in pago werengewe [15]) in uilla motenefheim [16]) iuxta fluuium Sinna quicquid proprietatif habuit cum tribus mancipiif et eorum prole.

10. Engilbreht [17]) et uxor eius Rurmunt [18]) trad. sco Bon. bona fua cum quinque mancipiis.

11. Ego wlderich [19]) trado sco Bon. bona mea in Oftheim que eft in Salagewe et in alio loco qui uocatur Munricheftat [20]). cum XV. mancipiif. et eorum prole.

12. Ego Helfpherat [21]) tradidi sco Bon. in Flidena [22]) omnem proprietatem meam.

(150[b]) 13. Guthere [23]) trad. sco Bon. bona fua in uilla Baldamarefhufen [24]) quicquid habuit proprietatif. in agrif pratif. filuif campis et familiis.

14. Einhart et uxor eius Engelfrit [25]) tradiderunt sco Bon. bona sua in vrdorf [26]) cum terrif. agrif pratis filuif domibus et familiif.

15. Manto comes et frater eius Megingoz trad. sco Bon. bona sua in hif locif. Ifinhusen [27]). Wancheim [28]). Hefelere [29]). Tungede [30]). Binizfelt [31]). Hoholtefheim [32]). Steti. Bûchelede [33]). Gysenheim. Stocheim.

---

1) Bei Pistorius S. 445 fehlt diese erste Urkunde. 2) Pist. Burgarad. 3) Hiruzfeld. 4) Wintgraba. 5) in pago Salageuui. 6) huoca. 7) Landrath. 8) lurungum. 9) mima. 10) salageuue. 11) scammunfulda. 12) Nanduuig. 13) hnutilingen. 14) leidrat. 15) uueringeuue. 16) muotuuinesheim et in filua boehoma. 17) Engilbertus. 18) Rofmuot. 19) uuldarniu. 20) muniricheftat. 21) helpfrat. 22) fliedina. 23) gunderus 24) baldmunteshus. 25) engilfrit. 26) vrithorpfe. 27) ifanhus. 28) uuangheim. 29) hefinlar. 30) tungidi. 31) Pinuzfeld. 32) haholtefheim. 33) buhhulidi.

Bleihfelt[1]). Similiter et in uilla Suzefelt[2]). Heriphe. Suallungen[3]). Et in pago Gozfelt Suanefelt[4]). Ifenesheim[5]). et in Pleihfelt marcam filue. in uilla uocata Heide[6]). et in Botolfeftat. Et in pago Waldsaze[7]) uillam Burchenefelt[8]). in hif et in omnibus circumiacentibuf locif donauit sco Bon. Manto comef.

16. Ego xpi feruuf Sûolefte[9]) trado sco Bon. omnem proprietatem meam et hereditatem patrif mei Berthlibef[10]). per manum auunculi mei Engilberti[11]) quicquid habui in pago Salegewe Berhtlibefhufen[12]) iuxta fluuiùm fcuntra. et in uilla wintgraben[13]) cum omni fubftantia et familia.

17. Walahfrid trad. sco Bon. in Wingraben et Ranungen[14]) quicquid proprietatif habuit cum mancipiif .XXX. et prolibus eorum.

18. Hunger de Salegewe trad. ad. scm. Bon. in uilla Kizziche[15]) proprietatef quaf habuit. et insuper .XXII. iugera et mancipia .XXVI. cum omni fubftantia et prole eorum.

19. Boto[16]) de Salegewe trad. sco Bon. in uilla Nutelingen[17]) proprietatem fuam. cum mancipiif et rebus eorum.

20. Tradidit Suolfta de Salegewe sco Bon. proprietatem fuam in Berthleibefhufen. et mancipia .XXX.

(157ᵃ) 21. Manto[18]) comes et Megingoz tradiderunt sco Bon. bona fua. in hif locif. Einerftet. Isnhus. Binizfelt. Haholtefheim. Stetin. Aberffelt. Herbeffelt. Buchelde. et in Rinecgewe. in Gernheim. Stochéim. in Grapfelt. in Sulzfelt. in herphe. in Suallungen. et Ditdorf. Rannungen. in Gozfelden. Suanefelt. Ifenfheim. Bleichfelt. in Heîda. in Botolfeftat. Volcfelden. Binizfelt. In omnibus locif iftis tradite sunt proprietatef a prefato comite Mantone et a fratre eius Megingozo sco Bon. in fuldensi ecclefia fub Karolo imperatore. ipfoque prefente et confirmante.

22. Cunrat[19]) trad. hec. in fmalenbach[20]). et in Affeltrun[21]). et Cargeltefbah[22]) .XL. et VIIII. agros. et .II. areaf.

23. Vdalricus[23]) tradid. in Salegewe. id est in hoeften[24]) quicquid habuit cum XXVIII. mancipiif.

24. Nidger trad. in uilla wintgraben[25]) quicquid proprietatif habuit cum .VIII. mancipiif sco Bon.

25. Bernwart[26]) trad. in Salegewe sco Bon. in uilla Ôftheim duaf hubaf. et .III. mancipia cum prole eorum.

26. Irminolf trad. ad scm Bon. II. areaf. et unum beneficium pifcatorum. in Scuntera[27]). X. iugera.

---

[1]) pleihfeld. [2]) Sulzifelt. [3]) fuuollunga. [4]) fuanafeld. [5]) isanefheim. [6]) heidia. [7]) waldfaffe. [8]) pirchanafeld. [9]) Suolifta. [10]) perathleibes. [11]) engilbrahtes. [12]) perahtleibes hufon. [13]) wintgrabom. [14]) uuintgrabono marcu et hrannungero marcu. [15]) chizziche. [16]) Buto. [17]) hnutilingero marcu. [18]) s. oben Nr. 15. [19]) Cunirat. [20]) smalabah. [21]) Afcfeldum. [22]) carogeldasbah. [23]) uuldarniuui. [24]) hoeffeim. [25]) wintgraba. [26]) bernuuas. [27]) scuntru.

27. Walachfrit [1]) trad. sco Bon. quicquid habuit in loco Wintgraben nuncupato. in ranningen [2]) .X. iugera. et XVI mancipia.

28. Lantfrit trad. XIIII. famuloſ cum ſua prole sco Bon. ad cenſum.

29. Regenfrit [3]) trad. sco Bon. in Steinbach [4]). et in Rinecgewe [5]) capturam unam cum VIII. mancipiiſ.

30. Bern trad. sco Bon. quicquid habuit in uilla Scuntera [6]).

(157b) 31. Helmbolt [7]) et Gozboto et Waltbraht trad. ad scm. Bon. quicquid proprietatiſ habuerunt in ſuperiore Lutera [8]) ſiue in campiſ uel in pratis. areiſ. ſiluiſ.

32. Ego Nitger de Sala tradidi ad scm Bon. duaſ hubaſ in uilla [9]) que dicitur Wintgraba. cum omnibuſ appendiciiſ ſuiſ.

33. Heio tradidit ad scm Bon. in Flidena [10]) hubam cum omnibus appendiciis ſuis.

34. Rapraht [11]) trad. sco Bon. quicquid proprietatis habuit in uilla Suaberoth [12]) super ripam Flidena [13]).

35. Sintpreht [14]) et uxor eius Wafahilt dederunt sco Bon. quicquid proprietatis habuerunt in prefata uilla Suaberoth cum quinque mancipiiſ.

36. Engilbraht [15]) de Salegewe trad. sco Bon. in vrdorf [16]) duaſ hubaſ. et treſ areaſ. cum mancipiiſ IIII.

37. Meticho [17]) et frater eius Reginbraht [18]) trad. sco Bon. in langedorfe [19]) bona ſua. et in pago Salgewe .XX. iugera. cum ceteriſ appendiciis.

38. Reginfrid de Salgewe trad. sco Bon. in Scephbah [20]) iuxta Sinnam fluuium unam capturam. cum pratiſ. areiſ. domibus et familiiſ.

39. Lieba de Salgewe trad. sco Bon. in uilla wingraben [21]) aream .I. et pratum.

40. Weringer trad. sco Bon. in Litolfesbah. partem capture cum ceteriſ appendiciiſ.

41. Engilbraht [22]) trad. ad scm Bon. duaſ hubaſ. et unam aream. in vrdorf [16]) cum VIIII. mancipiis.

42. Erkanbreht [23]) trad. sco Bon. unam capturam in kizzih [24]) cum aliiſ rebus.

43. Bunzo trad. sco Bon. quicquid proprietatiſ habuit in prefata uilla kizzech [25]). cum ceteriſ rebuſ et familiiſ. In uilla quoque Mazalterberch [26]) unum biuanc et .II. areaſ. cum pratiſ.

44. Hiltebolt [27]) de Salgewe trad. sco Bon. partem capture. in occidentali parte Flidene. cum aliiſ rebus.

(158a) 45. Wernhere [28]) trad. ad. scm Bon. duo mancipia et quicquid proprietatiſ habuit in Salgowe.

---

[1]) walahfrid. [2]) ranugum. [3]) Veginfrid. [4]) scelbach. [5]) sinnahgeuue. [6]) scuntra. [7]) helmolt. [8]) luttura. [9]) in uilla longa. [10]) fliedinu. [11]) Ratpraht. [12]) suuabriot. [13]) fliedina. [14]) sindperaht. [15]) engilberath. [16]) urthorphe. [17]) Metihho. [18]) reginperaht. [19]) langenthorpfe. [20]) sceipbatz (?). [21]) uuintgrabon. [22]) Engilperaht. [23]) ercamperaht. [24]) kizzihero marcu. [25]) chizzichi. [26]) mazzaltrinaberg. [27]) hiltibolt. [28]) vvrmheri.

46. Gerbote de Salgewe trad. sco Bon. X. iugera et unam aream cum duobus mancipiiſ et eorum cenſu.

47. Altman trad. sco Bon. unam hubam in nutilingen [1]) cum .VII. mancipiis.

48. Rudmunt [2]) trad. in Scuntra dimidiam partem capture. et pratum. et aream cum duobuſ mancipiis.

49. Lantolf [3]) trad. sco Bon. in Tulba quicquid proprietatis habuit cum mancipiis .II.

50. Rudelôhc [4]) trad. sco Bon. in Eggihelmeſhuſen [5]) ſuper fluuium kincecha [6]) quicquid proprietatiſ habuit in pratiſ. terriſ. areiſ. ſiluiſ. domibus et mancipiis.

51. Gerbraht trad. sco Bon. in Elmaha quicquid proprietatis habuit cum rebus et mancipiis.

52. Rûdun [7]) trad. sco Bon. bona ſua in Flidene [8]) cum omni proprietate et utilitate.

53. Rihpraht [9]) trad. sco Bon. bona ſua in uilla Suaberoden [10]) quod eſt iuxta ripam Flieden [11]) cum duobuſ mancipiiſ.

54. Richart [12]) trad. sco Bon. XL. iugera in Kincehen [13]).

55. Rupraht [14]) de Salegewe trad. sco Bon. quicquid proprietatiſ habuit in Tulba.

56. Luſtrat de Salegowe trad. sco Bon. III. mancipia cum prolibus et ſubſtantiis eorum.

57. Widerih [15]) de Salgewe trad. sco Bon. in Oſtheim omnem proprietatem cum XXX mancipiiſ.

58. Rudolf [16]) de Salgewe trad. sco Bon. omnem proprietatem ſuam in Nutilingen [17]) cum mancipiis.

59. Ratfrid de Salgewe trad. sco Bon. bona ſua in uilla Chunticha [18]) et Omeſtat [19]). cum mancipiiſ duobus et eorum prole et rebus.

60. Witimar [20]) de Salgewe trad. sco Bon. hereditatem ſuam in Haholfesbah cum terriſ pratis domibus et familiiſ.

(158[b]) 61. Bern de Salgewe trad. sco Bon. in Scuntra [21]) bona ſua et in Wingraben [22]) quicquid proprietatiſ habuit.

62. Sintbraht [23]) trad. sco Bon. bona ſua quicquid proprietatiſ habuit in suaberoden [24]) et unum mancipium.

63. Leiderat [25]) de Salegowe trad. sco Bon. bona ſua in nutelingen et .I. mancipium.

64. Mahtolf de Salegewe trad. sco Bon. in lûtahe [26]) dimidiam partem he reditatiſſue.

---

[1]) hnutilingon. [2]) Hruadmunt. [3]) Lantolt. [4]) Hruadaloh. [5]) Egihelmeshus. [6]) Chincicha. [7]) Hruadun. [8]) flidinero marcu. [9]) rihperaht. [10]) ſuuabareod. [11]) flieduu. [12]) rihhart. [13]) chinzicha. [14]) Hruadperaht. [15]) wuldarhiuui. [16]) Hradolt. [17]) hnutilingero marcu. [18]) cunticha. [19]) ohemeſtat. [20]) Witmar. [21]) Scuntru. [22]) in marcu wintgrabeno. [23]) sinperaht. [24]) suuabreod. [25]) leitrat. [26]) hlutahu.

65. Wernhart [1]) et Walterat [2]) de Salegowe trad. sco Bon. iugera II. XXX uirgarum.

66. Reginbraht [3]) et uxor eius Berhtlint [4]) trad. sco Bon. bona ſua in Suaberot [5]) cum quinque mancipiiſ.

67. Folmût [6]) trad. sco Bon. XXX iugera in Kincicha [7]) cum ceteris rebus ſuis.

68. Hadaburc trad. sco Bon. in Tiepbach [8]) iuxta Hamelemburch [9]) omnem proprietatem ſuam cum mancipiiſ XXX.

69. Atto de Salegewe trad. sco Bon. in Fliedene marcha in uilla Suaberoden capturam unam et duaſ parteſ fluminiſ ſupra et infra.

70. Ratpraht de Salgewe trad. sco Bon. bona ſua in Suaberode [5]) una cum mancipiis et eorum rebus et quicquid ibi proprietatis habuit. ſiue in agriſ. ſiue in pratiſ. ſiluiſ. uel campiſ.

71. Rudinch [10]) trad. sco Bon. proprietateſ ſuaſ in kizzeche [11]) quicquid in illa marca poſſederat.

72. Irminolt [12]) trad. sco Bon. bona ſua in uilla que dicitur Wingraba, et in terminis eius. quicquid proprietatiſ habuit. duaſ etiam areaſ et unam hubam piſcatoriam.

73. Walahfrit trad. sco Bon. Arnebrunnen [13]) et Langendorfe (159a) in Salgowere [14]) marcha quicquid proprietatiſ habuit.

74. Otram de Salagewe trad. sco Bon. in kizzichere [15]) marcha in Straefrideſhuſen [16]) quicquid proprietatiſ habuit.

75. Meginbraht de Salgewe trad. sco Bon. duaſ hubaſ in ſcuntera et .I. aream.

76. Waltpraht de Salgewe trad. sco Bon. unam curtem cum omnibus adiacentiiſ et edificiis et mancipiiſ.

77. Liba trad. sco Bon. bona ſua in Salegewe multam uidelicet ſubſtantiam.

78. Engelbraht [17]) de Salegewe trad. in Litolfeſbach. et Aſcfelt. et Bonlanten omnem proprietatem et hereditatem ſuam. unum uidelicet ambitum et hubam.

79. Rutmunt [18]) de Salegewe trad. unam aream in tulba cum ceteriſ rebus sco Bon.

80. Fertinch trad. sco Bon. partem capture. cum aliis.

81. Meginbraht de Salgewe trad. deo et sco Bon. bona ſua .I. capturam in eisdem terminis .III. iugera. et in uilla que dicitur Hocheim [19]) quicquid habuerunt (parentes eius) proprietatiſ. et familiis.

82. Sibigelt de Salgewe trad. sco Bon. quicquid proprietatiſ habuit in vrdorf.

---

[1]) werinhart. [2]) Waltrat. [3]) Reginperaht. [4]) Perahtilt. [5]) suuabriod. [6]) Folmot. [7]) chinzicha. [8]) thiofbach. [9]) hamalunburg. [10]) Hruading. [11]) chizziche. [12]) Irminolf. [13]) ad árinebrunnen. [14]) in pago salageuue. [15]) in marcu chirizichheimero. [16]) ad ſtracfrides huſore(?huſen). [17]) engilperaht. [18]) Hruadmunt. [19]) hohheim.

83. Anſhelm [1]) trad. sco Bon. in wingarteſheim [2]) quicquid ibi proprietatiſ habuit. uel in finibus illiſ. cum mancipiis .VI.

mancipiis. Brun et uxor cum .II. fil. Blidolf et uxor cum .IIII. filiiſ. Megenfrit et uxor cum .II. fil. Hageno et uxor cum .II. filiiſ. Adelunc et uxor cum .III. fil. Albolt cum .I. filio et .II. mancipiis. Heito et uxor cum .IIII. fil. Nanzo et uxor cum .IIII. fil. Wentelger et uxor cum .IIII. fil. Alawin et uxor cum .III. fil. Rodinc et uxor cum .V. fil. Eggelin et uxor cum .II. fil. Adelunc et uxor cum .III. fil. Erneſt et uxor cum .III. fil. Richolf et uxor cum .IIII. fil. Abheri et uxor cum .IIII. fil. Wato et uxor cum .III. fil. Dipraht et uxor cum .II. fil. Iſti habent manſoſ. et debitum uectigal reddunt. § Iſti uero non habent. sed cenſum ſuum perſoluunt. Adelbraht et uxor cum .I. filio. Waltſuint cum .IIII. fil. Gutrat cum .I. fil. Wecil et uxor cum .I. filio. Wizego et uxor cum .II. fil. Focho et uxor. Hecil et uxor cum .II. fil. Lutfrit et uxor cum .III. filiis. Hadaburch. Hecho et uxor. Mezele et uxor cum .II. filiiſ. Benno et uxor cum .IIII. fil. Hamunt et uxor. Gerhart et uxor. Rihmunt. Enda. Otrih et uxor cum .II. filiis. Ebezo. Wiltac. Regenhere. Imma. Hecil. Lutbraht. Dito. Wolmar. Aba.

(152ᵃ) 52. Iſte ſunt familie sci Bonifacii de Waleheſlebe. Lutolt et uxor eius cum .IIII. filiiſ et .X. mancipiis. Dithart et uxor cum .IIII. fil. Othart cum .II. fil. Ramolt et uxor cum .III. fil. Dippolt et uxor cum .II. fil. Ditwic cum .II. fil. Dithere cum .II. mancipiis. Dipraht. Benno. Egiz.

53. He sunt familie de Tunnahe.

Sicgo cum .II. mancipiis. Albwin et uxor cum .IIII. filiis. Otolf et uxor cum .IIII. fil. Fridelib et uxor cum .III. fil. Sigewart et uxor. Willimunt et uxor. Amelrih et uxor. Imma cum .I. filio. Sigewart. Albhere. Adelhalm et uxor cum .II. fil. et .I. manc. Starcfrit et uxor cum .IIII. fil. Ermelolt. Rihger et uxor cum fil. Geila cum .III. fil. Ruthart. Rutger. Megenhere.

54. Iſte sunt familie sci Bonifacii de Bruocheim.

Heriwart et uxor cum .II. fil. et .V. manc. Rudolf et uxor cum .II. fil. Wito et uxor. Albrat cum .II. fil. Liuzo et uxor cum fil. Egino et uxor cum .V. fil. Lutgart et uxor cum. IIII. fil. Diterat. Eberrih. Atelo et uxor cum fil. Abbo et uxor cum filiis VI. Lucela. Alblouch cum filio. Azo. Benno. Vaſtmar. Adelwart cum uxore et filio. Mazo. Ratfrit. Sigerat. Sigemar. Nenneliub. Ditmar. Kuno. Gerunc cum uxoribus et filiiſ.

55. He ſunt familie sci Bonifacii de Tungede.

Brunrih. Adalwin cum uxore et filiiſ. Adelwart. Wecil. Azo. Wolferat. Focho. Stacho cum uxore et filio. Liberih. Starcfrit. Albuin. Sicga. vodelrat. Ratolf et vodelrih. Wolfheri. Diza. Reginburc. cum filiis eorum. Etecho. Albuin. Gunzo. Wanfrit. cum uxoribus et filiiſ. Rutprath. Ita. Winidheri. Afolf. Sigewart. Sanderat. Wecil. Nannecho. Staccho cum uxoribus et filiiſ. Hericho. Liuza. Geza. Diza. Iudita cum filiiſ et filiabus. Gumbraht et uxor eius cum duobuſ filiiſ. Wecil cum uxore et filiiſ. Huoz cum matre et duobuſ fratribuſ. Wicbalt. Ditolt. Liupolt cum uxoribus et liberiſ eorum.

(152[b]) 56. He sunt mulieres nobiles et ingenue. a quibus nobilissima familia sco Bonifacio primum progenita esse refertur.

Ezeliub. Alblouc. Engelsuint. Egiza. Huza. Gerrath. Notwib. Heriburch. Ezela. Regenburc. Hilteburc. Ecela. Egiza. Geila. Meginhilt. Nortwib. Waltrat. Magalint. Wenza. Ruthilt. Rihtrut. Albsuint. Imma. Emmecha. Foccha. Biliza. Williheit. Geila. Bertha. Gunza. Ita.

57. De familia sci Bonifacii. que in cruciburc fuit.

Adelwin. Woffo. Gezo. Lingolf. Mahto. cum uxoribus et filiis. Mahtgart cum .III. filiis. Albolt. Adelwart cum uxoribus et filiis. Herifrit. Lantgoz. Ermenhere. cum uxoribus et filiis eorum. Wizo. Libhere. Adelbraht. Adalrih cum uxoribus et filiis. Richalm. Azecho. Hecil. Eggehart cum uxoribus et filiis. Willibalt. Willinant. Herimunt cum uxoribus et filiis. Appo. Hunolt. Wizo. Nanzo. Witigo. cum uxoribus et filiis. Liemar. Liuthere. Dithere. Diterich cum uxoribus et filiis. Witegou. Heriman. Hartman. vto. cum uxoribus et filiis. Eberhart. Ruthart. Wernhart. Hiltewic cum uxoribus et filiis. Ecelin. Irmenhere. Wernhere. Dithere cum ux. et fil. Rudewin. Gezo. Nanzo. Folcbraht. cum uxoribus et fil. Albolt. Gotebolt. Gezo. Ecelin. Boppo cum uxor. et fil. Folbraht. Rulant. Liunant. Wito. cum uxoribus et fil. Bececho. Gunzo. Richart. Dinant. cum uxor. et filiis. Olleip. Ditolf. Dizo. Wigolt. Hiltewin. cum ux. et fil. Albhilt. Dithilt. Diterat. Liebsuint. cum filiis et filiabus. Rilint. Gotelint. Trutela. Truta cum filiis et filiabus. Rihpurc. Otpurc. Ditpurc. Richiza. cum filiis et filiabus. Adelheit. Iudita. Hiltegunt. Liba cum filiis et filiabus. Hilteburc. Kuniza. Hicecha. Berhta. cum filiis et filiabus. Mergart. Botelint. Emecha. Liutgart. Folcrat. Regilint. Irmentrut. Isingart. cum filiis et filiabus [1]).

(153[b]) 58. He sunt familie sci Bonifacii in moguntia ciuitate. que habent areas ad Fuldam pertinentes.

Gezman denarios .XV. Dito XIII. Item Dito XI. Wolfman XIII. Bernheim XVI. Ebbo XV. Benzo XIIII. Bernhelm XVI. Ruthart XVIII. Iordan XVI. Eberhart XVI. Gotebraht XVI. Sigifrit XIII. Gebehart XIIII. Anno XVIII. Gerhart siclos IIII. Rupraht den. XVI. Gnanno siclos XIII. Michel XIII. Sigeloh siclos IIII. Deserta una area ad siclum .I. Rupraht IIII. siclos. Sigeboto VI. Arolf X. Gozo I. siclum. Ysac unciam .I. Wolfram IIII. Item Wolfram alius X. Hecil .IIII. Gotebolt siclum .I. Rabbo .III. Ernost .II. siclos. Kuno VIII. Wicbraht siclum .I. Adelbero siclum .I. Vidua den. VI. Adalhart XVI. Hecil XVI. Wolfram XVIIII. Megengoz XVII. Eberolt XVI. Adelun XVI. Item Adelun XVI. Vta XIII. Gotescalt XIIII. Gerlah XVI. vodelrih XVI. Deserta una area ad duos siclos. Lutfrit unciam .I. Richolf solidum

[1]) Auf Bl. 153[a] steht die Urkunde Pippin's an Sturmis de teloneo nauis per renum et theloneo fori in Mogontia.

.I. Ebo .IIII. Bernger .II. ſol. Wilant .X. Macecha .I. ſol. Wilant unciam I. Tuto .V. Adelheit unciam .I. Feſelo XIII. Ernuſt .VI. Embricho .V. Humbraht .VI. Gozman XII. Gozo XVI. Iuo VII. De Oteboro .II. ſol. Deſerta area ad .I. ſol. Ad Hoſtete .II. ſol. Ad Roſtorf .II. ſol. Heinrih ſiclos VII. De hortiſ Lanzo unciaſ .II. Giſelbraht unam. Willikint unam. Item willikint habet uineam unam. ad carradas .II. Gozman XIII denarios. Otto XVI. Huno XVI. Dito .VII. Wichnant XIII. Eberuuin XVI. Wolfman XII. Otto .II. ſolidos. Waltheri VI. Bernhart VI. Benzo .V. Eberhart .VI. Rilint VIII. Gotebraht .VI. Wolfram .VI. Sigifrit VI. Witekint VI. Gerhart ſol. VI. Waltbraht VI. Ruprat VI. Duto VII. Berhta IIII. Gerhart IIII. Rihman .V. Widela .IIII. Heriman .II. ſol. Giſela .II. ſol. Willikint .V. Arolt .X. Huzman .I. ſol. Iſac ſol .I. Arnolt ſol .I. Madelboto denar. XIIII. Imiza XIII. Wolfram VI. (154ᵃ) Ernoſt ſol .II. Sigifrit denarios VIIII. Madelboto clericus ſol. I. Emehilt VI. Ecela .VI. Adela .VI. Bertolt VI. Fukelin VI. Hazo VI. Rudolf VI. Bececha ſol. II. Adelbero V. ſol. Mareholt ſol. I. Friderih ſol. I. Stefens ſiclos V. Wolfram VI. Megengoz .VIII. Deſerta una area. Gezwip .IIII. ſol. Diezwip III. ſol. Gezo IIII. Willemunt .II. ſol. Ernoſt VI. Gerlach VI. Dizwib VI. Lutekint X. Lutfrit unciam .I. Hecil .I. Diterih ſol. .II. Folpraht unciam .I. Salman ſol. I. Arnolt ſol. I. Giſelbrath X denar. Wolfram X. Adalheit unciam .I. Feſelo III. uncias et IIII. denarios. Siggelo .VI. uncias. Nanno VI. Gezman .II. ſol. Wolfram .X. ſol. Embricho IIII. ſol. et VI. denarios. Timo unciam unam. Bruninc X. denarios. Giſelbraht X. Salacho unciam .I. Diterich XVI. Dipolt .X.

59. He ſunt familie sci Bonifacii in wormac. ciuitate. Brunger. Bruninc. Tuto. Kuno. Hoholt. Reginolt. Heimo. Hemmo. Gozmar. Ditmar. Hericho. Tammo. Einolt. Folkolt. Steinbraht. Ditbraht. Nordo. Bruno. Folmar. Rumunt. Eigelwart. Eberolth. Raffolt. Gerhart. Gunther. Heribraht. Heriman. Foko. Huzman. Danko. Gozolt. Widerolt. Iuo. Teto. Ebo. Bero. Marholt. Marquart. Ingebrant. Hazo. Hecil. Bitterolf. Ermenrih. Richart. Rihbraht. Budolf. Bunno. Branthoh. Sigeloh. Iuno. Gumbraht. Heinrih. Friderih. Trutman. Trutelo. Tangolf. Wolfganc. Hemmo. Renciho. Wecilo. Dancmar. Willimar. Einbraht. Rapraht. Stitilo. Mûſlo. Meffrit. Meginhere. Limar. Folnant. Ito. Sefrit. Sizo. Sigifrit. Regenolt. Megenbolt. Dithere. Regenhere. Frumere. Nordunc. Rumhart. Benno. Witerat. Witerolt. Winizo. Dito.

(154ᵇ) 60 a [1]. Anno dnice incarnationiſ millesimo .L° VIII°. indictione XI. menſe Iulio. sub die XII. kal. menſiſ ęiusdem. in orientali francia. in comitatu Gozvini comitis in loco qui dicitur Othalmeſhuſen factuſ est conuentus fidelium principum de pace facienda et ſedanda latronum tyrannide et raptorum compeſcenda ſeditione. Conuenere etiam ibi uenerabilis abbas fuldenſis

[1]) Schann. tradit. 612.

Egbertus nomine : et quedam matrona comitiſſa Albrat aliique quam pluref nobilef. comitef. ac iudicef. In quo conuentu. in conſpectu omnium qui aderant. eadem matrona tradidit deo et sco Bonifacio martiri quoddam monaſterium in Banze conſtructum. pro remedio anime ſue. et defuncti mariti ſui ac filiorum requie. Hoc tantum a predicto abbate prefata matrona expetiit. ut in eodem monaſterio ſecundum regulam sci Benedicti monachos inſtitueret ceteraque regule congruentia adaptaret. Tradidit ergo ſicut dictum eſt uenerabilis matrona eundem locum ſuae dicionif ſco Bonifacio cum omnibus compertinentiiſ et adiacentibus bonif et prediif. mancipiis. et cum omni genere utilitatif. IIII. ſcilicet territoria in Banzgowe. V. in ſalzungen. et VII. in regione Heſſonum. Hanc traditionem ſuſcepit Gerharduſ aduocatuſ fuldenſis monaſterii coram multis teſtibus.

(154[b]). 60 b. Anno [1]) ab incarnatione dni .DCCCC.XL. Adelbertus comes de Altenburch. trad. sco Bonifacio locum et monaſterium quod eſt in tharhiſſe ſitum in litore Moi fluminif cum omnibus compertinentiiſ ſuiſ. eo tenore ut a fuldenſi monaſterio idem locuſ regatur. et conſuetudinem ſecundum regulam sci Benedicti conſeruet. Et ut hoc eo credibilius uideatur. et credatur. uite finem (155[a]) eius comitiſ Adelberti hic inſerimuſ. Otto magnus imperator duoſ habuit cognatos ex ſorore genitos. quorum unuſ Ludewicuſ. alter Heinricus uocabatur. Qui ambo frequentabant prefati comitiſ Adelberti domicilium in predicto caſtro Altenburc conſtitutum. Habebat quippe Adelbertus comeſ duaſ filiaſ nubileſ atque pulcherrimaſ. Cumque ſepius ueniſſent cognati imperatoriſ illi duo fratreſ. fornicatione abuſi ſunt nec legitimo matrimonio eiusdem Adelberti comitis filiabus coniungi uoluerunt. Vnde iratus comeſ amboſ gladio occidit. Imperator uero ut comperit cognatoſ ſuoſ occiſoſ. data ſententia Adalbertum comitem decollari precepit. in loco qui dicitur Gremeſtorf. Qui ante decollationem tradidit sco Bonifacio tam ipſum locum thariſſe. quam cetera bona ſua. ſepultusque eſt in eodem monaſterio. sicut multiſ notum eſt.

61. Anno [2]) ab incarnatione dni DCCCC. LXXX. VIIII. uenerabiliſ abbaſ Richarduſ qui duaſ ſimul abbaciaſ bene gubernabat. Fuldenſem et Amarbacenſem. uidens in priuilegiiſ antiquarum traditionum eundem locum Amarbah fuldenſi loco iure debere attinere. eo quod omne predium et funduſ eiusdem loci a flumine mogo. uſque ad Cocharam. et Iageſam. et uſque per Necharam fluuium a fuldenſi monaſterio eſſet acceptum. edificauit ibi nouum monaſterium et fecit illud dedicari et ordinari. in honore scorum martirum Simplicii et Fauſtini. qui corporaliter in fuldenſi requieſcunt monaſterio. eo tenore ut eſſet euidens indicium. quia locuſ ille a fuldenſi monaſterio primitus ſumpſit inicium. et prediorum incrementum.

(155[b]) Sunt [3]) preterea plurima monaſteria que de fuldenſi monaſterio

---

[1]) Vergl. Brower Fuld. antiq. p. 143. [2]) Vergl. Brower ebendas. Die Jahreszahl bei Eberhard ist falsch, da Richard 1018 oder 1019 Abt wurde. [3]) Vergl. Brower p. 144.

sumpserunt inicia. et ex prediis et fundis huius ecclesie manifeste uidentur esse fundata. Sicut est Suinfurte. Sluhtre. Breitingen. Breitenuowa. et multa alia loca. quorum termini huius ecclesie sunt proprii. Que idcirco hic non incongrue libro inserimus. ut si quando quod absit aliqua nobis cum eis oriatur disceptatio. reddere cogantur quod nostrum est. et sic nudi remaneant. tamquam auis que furtim sublatis pennis redditis. nudata remansit.

62. De terminis beneficiorum huius Fuldensis monasterii[1],

sicut a quibusdam antiquorum testimoniis percepimus et ex quibusdam scedulis longeue antiquitatis non discrepantibus relatione uera compertum habemus.

1. In prouincia saxonie tria milia mansorum habuit hoc fuldense monasterium. vnde inbeneficiati debent esse sex regni principes. ita ut quisque eorum quingentos habeat mansos. Sed proh dolor auaricia que nunquam dicit sufficere compellente. aliquis principum plus quam tria milia habet mansorum. Nec hoc sufficit quin etiam auara insuper ingluuie ambiendo inhiandoque inuadant sacrosanctum úrbor et stipendia fratrum degluttire concupiscant. decimationes ecclesiarum usurpatiue non iuste accipiant. familiam sci Bonifacii sibi uendicent. censumque ab eis qualemcunque uolunt extorqueant. Hec ergo et his similia faciendo non defensores sed inuasores monasterii esse uidentur. cummulantes super se bannos apostolicorum et contra precepta regum agentes maledictionem eternam conquirunt.

(156ᵃ) 2. In prouincia Turingie tria milia mansorum habet fuldense monasterium. vnde inbeneficiati debent esse sex regni principes. ita ut quisque eorum quingentos habeat mansos. Sed proh dolor auaricia compellente que nunquam dicit sufficere unusquisque principum illorum habet totum. quod habere debebant singuli eorum. Nec hoc sufficit. quin adhoc ambiant. unde fratres fuldenses deo scoque Bonifacio seruire debebant. Insuper decimationes et familiam sci Bonifacii inuadunt. ita ut non defensores sed impugnatores ecclesie. a qua ditati sunt. esse iudicentur.

3. In prouincia Hessorum. et wetereiborum habet hoc fuldense monasterium tria milia mansorum. vnde inbeneficiati debent esse sex illius regionis principes. ita ut unusquisque eorum quingentos habeat mansos. Sed proh dolor[2]) cet.

4. In prouincia reni et wormatie habet hoc fuldense monasterium tria milia mansorum. vnde inbeneficiati sunt sex illius regionis principes. ita ut unusquisque eorum quingentos habeat mansos. Sed proh dolor[2]) cet.

(156ᵇ) 5. In prouincia Boaioirie et Alamannie habet fuldense monasterium tria milia mansorum vnde inbeneficiati sunt sex illius regionis principes. ita ut unusquisque eorum quingentos habeat mansos. Sed proh dolor[2]) — esse

[1]) Vergl. Schannat, clientela Fuld. p. 196. no. V. [2]) Und so fort wie in Abschnitt 2.

iudicentur. Preter hoſ principeſ inbeneficiatos ſunt alii quam plurimi duceſ. marchioneſ. palatini. comiteſ. aduocati. tribuni ceterique principeſ ſaxonum. Haſſorum. Turingorum. francorum. Alamannorum. freſonum. Lutringorum. aliarumque prouinciarum primateſ et domini. boniſ sci Bonifacii inbeneficiati. Quoſ condecet fidem et deuotionem conſeruare huic monaſterio. et abbatibus et fratribus deo ſtudioſe hic famulantibus. Et ne aliquiſ legentium eſtimet ad detractionem ſeu confuſionem hec eſſe ſcripta. conſideret uera eſſe que diximuſ. Nonne Landegrauius et filius Cunradi regiſ plurimorum principum beneficia ſibi contraxerunt. et adhuc ſitiunt? Simili modo et alii multi auaricie morbo deuincti. ſemper inhiant. ut ſuam cupiditatem repleant. et tamen uelint (157ᵃ) nolint. omnia morienteſ hic relinquent. Qui ſi fidem ſeruarent eccleſie et pro domuſ dei laborarent defenſione. poſſent ſpem habere de beati Bonifacii interuentione. Nunc autem ut ſaluo honore eorum dicamus. quia non attendunt quanta auctoriate scorum patrum fundatum eſt hoc monaſterium. quantiſ priuilegiiſ et banniſ apoſtolicorum confirmatum eſt hoc uenerabile cenobium. quantis preceptiſ regum et imperatorum roboratum eſt hoc religioſorum uirorum collegium. quantis inſuper epiſcoporum archiepiſcoporum cardinalium ceterorum ſanctorum uirorum benedictionibus conſecratum et ordinatum eſt hoc clauſtrum. timendum eſt. ne poſt terrena bona inordinate concupita eternam maledictionem quod abſit inueniant.

63. Iſti sunt principeſ qui noſtriſ temporibuſ beneficia uidentur habere de hoc monaſterio fuldenſi [1]).

Ipſe imperator Fridericuſ. qui quondam dux. nobiliſſimi duciſ Friderici filiuſ. qui non ſolum patriſ beneficium in alſatia habuit. ſed et Dipoldi marchioniſ beneficium tenuit. Dux etiam Fridericuſ filiuſ chunradi regiſ ſeptem principum beneficia de hoc fuldenſi obtinuit monaſterio. Marchio Adelbertus non ſolum ſuum ſed et aliorum principum obtinuit beneficia. Otto marchio in orientali ſaxonia. Ludewiguſ landegrauius plus omnibus habet in beneficiiſ. Palatini duo. unus de reno. alter de danubio. Rapoto comeſ. Perhtolfi comitiſ filius de Hennenberc. Ludewicus comeſ de Rinegge. Ludewicuſ comeſ de Lara. Gerharduſ comeſ de Nuringeſ. Gerharduſ comeſ de Wertheim. Gotefriduſ comeſ et aduocatus eccleſie. et filii eiuſ. et filius fratris eius Rufus comes. Perhtolduſ comeſ de Nitehe. et alii liberi. (157ᵇ) Herimannuſ comes de Bramberch. Willihelmus comes. Emicho comeſ de liningen. Erwin comes de Turingia. Syzo comeſ. Gotefriduſ comeſ urbis de Nurenberc. Giſo comes. Marquarduſ de Grûmbach. Heinricus de Stechelenberc. Giſo de Iazzaha. Wernherus. Boppo et Gotebolduſ de Irmenolteſhuſen. Wicger de warperch. Ludewigus de Fran-

[1]) Vergl. clientela Fuld. p. 197 und 217.

kenftein. Adelbertuf et Fridericuf de Truhentingen. Wicger de Rodehufen et frater eius Burcharduf de Leimbach.

Hec [1]) funt feoda que Ludewicus comes de Otingen. tenet ab ecclefia fuldenfi uidelicet uillam Keifingen. et uillam Hollenftein. et uillam dictam thiningen. et aliam uillam dictam Hohun.

(159[b]) 64. De oblatione fratrum in Tutenhufen [2]).

Nouerint xpi fidelef. tam futuri quam prefentef qualiter quidam nobilif princeps de faxonia regali ftirpe progenitus. Hertac nomine. diuino amore fuccenfus. et defiderio celeftif patrie compunctus cum uideret quam plurimos fideles ad monafterium sci Saluatoris quod conftructum est in honore sci Bonifacii archiepifcopi et martirif fulde confluere et eterne vite fuffragia ab eodem beatiffimo martire depofcere. cogitabat intra fe quomodo et ipfe de bonis fuif terrenis quibus ex larga dei beniuolentia fuperhabundabat preciofiffimum xpi martirem Bonifacium placaret. ut ipfum apud diftrictum iudicem promptum intercefforém habere poffet. Cumque hac deliberatione animum fuum in bonorum affectuum defiderio in tam bono propofito circumflecteret. mifit deus in mentem eiusdem gloriofi principis ut ex diuite uena facultatum fuarum uenerabilem conuentum fuldenfium fratrum oblatif patrimoniif fuif ditaret. et ob hoc fpecialiter ad prefatum monafterium deuotiffima dona conferret. ut in ufum fratrum deo inibi famulantium pro eterna eius commemoratione fuccederent. Et quia de pura bone uoluntatif confcientia deo donante fonf ifte pietatis ebullire cepit. (160[a]) eftuanti pectore non quieuit. donec quod pie cogitauit ad effectum bone operationif perduxit. Regnabat tunc temporif pius imperator Otto Rufus magni imperatorif Ottonis filius. Quem adiens prefatus princeps indicauit totum defiderium in hoc effe. ut de bonif fuis uenerabilem fuldenfium fratrum conuentum ditaret. quatenus eorum orationibus adiutus domino faluatori ihefu chrifto et preciofiffimo eius martiri Bonifacio propinguare ualeret. Cuius defiderium imperator audiens laudabat et glorificabat deum et fanctiffimum eius martirem Bonifacium. mifitque cum eo legatarios fuof ut uotum quod uouerat deo fideliter exfolueret. Venienf ergo cum nunciif imperatorif ad sci Bonifacii fuldenfe monafterium gratanter a domino Werenhero abbate et ab omni congregatione fufceptus est. perductusque ad altare sci Bonifacii martiris obtulit deo et preciofiffimo martiri eius Bonifacio uillas duas Ottenhufen et Tutenhufen cum omnibus appendiciif et utilitatibus fuif coram legatariif

---

[1]) Diese kurze Notiz ist von späterer Hand des dreizehnten Jahrhunderts eingetragen, da auf fol. 157[b] leerer Raum geblieben war. [2]) Schann. tradit. 591.

imperatoris et coram multiſ aliiſ teſtibus in hunc modum. ut fratres ſpecialiter in ſua proprietate haberent. et annuum cenſum inde acciperent. ac ſui parentumque ſuorum ſemper memoreſ eſſent. Facta eſt hec tradicio tempore glorioſiſſimi imperatoris Ottonis rufi ! cuius precepto confirmata et ſigillo conſignata. ut nunquam in eternum ab aliquo hominum irrita fiat.

Signum dni Ottonis glorioſiſſimi imperatoriſ auguſti. anno dom. incarn. DCCCCLXXVIII.

(160[b]) Annotatio cenſus de Tutenhuſen. qui adhuc fratribus noſtriſ annuatim inde perſoluitur. In wigbrahterode hube ſunt decem que antea XXX ſolidos perſoluebant. et modo talentum reddunt. In Richwarterode sunt quinque hube. unde .XV. ſolidi perſoluuntur. In Nuwenrode hube ſunt quinque unde XIIII ſolidi et denarius perſoluitur. In Hewineſhuſen treſ ſunt hube. unde talentum et unus denarius perſoluitur. In ipſa uilla Tutenhuſen una huba unde decem ſolidi perſoluuntur. De alia uero huba quatuor ſoluuntur ſolidi. De territorio autem nouem ſolidi perſoluuntur. Hec omnia ſimul computata quatuor talenta et XII. ſolidi fiunt.

In Ottenhuſen territorium eſt et VIIII. hube. de quibus XIIII. ſolidi perſoluuntur In Balcſin .IIII. hube ſunt. unde perſoluuntur .VIII. ſolidi. In Weiſefelt ſex hube ſunt. unde .XII. ſolidi perſoluuntur. In Gozmareſhuſen .IIII. hube ſunt. unde .VIII. ſolidi perſoluuntur. In Drinſfelt .IIII. hube ſunt. unde ſimiliter .VIII. ſolidi perſoluuntur. In mûten .V. hube sunt. unde .X. ſolidi perſoluuntur. In Haſbeche treſ hube ſunt. unde ſex ſolidi perſoluuntur. Emmechenrode hube due unde decem ſolidi perſoluuntur. In Ruprahterode huba .I. .IIII. ſol. reddens. Que simul computata quatuor talenta fiunt. Super hec omnia dux Saxonie Heinricuſ aduocatuſ et iudex eſſe debet. cuius parenteſ hereditario iure eorundem bonorum defenſoreſ erant.

(161[b]) 65. De oblatione .IIII. episcoporum[1]).

Cunctis nostris fidelibus notiſſimum est qualiter preclariſſimus patronus noſter et totius gallie atque germanie apostolus scs Bonifacius. cum ab errore gentilitatiſ boioariam conuertiſſet. diuiſit eam in quatuor epiſcopatus. et quatuor ex diſcipulis ſuiſ ordinauit paſtoreſ ad regendum populum dei. Iohannem Salzburgenſi eccleſie. Viuulum Patauienſi eccleſie. Gowiboldum Ratiſponenſi eccleſie. et Ermbertum Friſingenſi eccleſie praeponenſ. Qui ſtatim uelut palmiteſ uere uiti adherentes in uinea domini non ſine fructu animarum ſibi commiſſarum comparuerunt ſed et inſuper quantum potuerunt ipſam fuldenſem eccleſiam matrem ſuam pro amore pii patriſ Bonifacii doniſ et honoribus extulerunt. Vnde contigit ut quiſque eorum pro poſſe ſuo caritatiſ oblationeſ ſuldenſibus fratribus de ſua patria annuatim perſolueret. ac ſuoſ ciueſ ut idem facerent incitaret. Sicque factum eſt ut de ſinguliſ regionibus plurima

[1]) Schannat. tradit. 17.

predia quique fidelef fuldenfi ecclefie pro honore sci Bonifacii archiepiscopi et martirif conferrent. crefceretque et aucmentaretur domus domini de die in diem. Obtulit ergo primum Salzburgenfis ecclefia matri fue fuldenfi ecclefie in oppido fuo Halla nuncupato domum et fontem falis cum compertinentiif et utenfilibus fuis. unde fingulif annif .XII. talenta perfolui poffunt. Obtulit etiam ratifponenfis ecclefia .IIII. uineaf et .IIII. (162ᵃ) regalef manfus. cum curtilibus et compertinentiif ac familiis fuis. vnde fingulif annif tranfmittere debent ad fuldenfem ecclefiam fratribus deo et beato Bonifacio feruientibus pifcem magnum hûfen nuncupatum. et de oleo arborum quantum equi duo in lagenis deferrent. Simili modo de oleo et de pifce folebat patauienfis ecclefia. id est. dum uiueret viuuluf epifcopus fratribus fuldenfis monafterii fingulif annis in oblationem transmittere. Quo defuncto paulatim per negligentiam et incuriam feu per uie longinquitatem fubtractum est. Frifingenfis uero ecclefia cui preerat Erembertus epifcopus que iuxta alpef et montana Italie sita est. fingulif annif cafeof grandef. berckefe uocatof fuldenfibus fratribus in oblationem transmittebat. Preterea de fingulif terrarum prouinciif feu regionibus finguli fidelef offerebant deo et beato Bonifacio predia feu mancipia. que omnia defcripta funt in octo codicellis et repofita in librario fce fuldenfis ecclefie.

Willibalduf etiam fce Eihftenfif ecclefie episcopus obtulit deo et beato Bonifacio. cuius ipfe quondam fidelife rat difcipulus. fratribusque fuif fuldenfibus in oblationem uillam unam in pago Sualefeldenfi sitam. Rûchefe nuncupatam. ut annuo cenfu fratres pro fui commemoratione confolationem et oblationem et pictantiam haberent. Et ut breuiter multa perftringamus. quia omnium ecclefiarum Gallie Alamannie et Germanie apoftolus et predicator extitit scs Bonifacius. iure ab omnibus gentibus ei foluebatur census.

(162ᵇ) 66. De oblatione domine Albrate comitiffae [1]).

Quoniam quidem non folum indigene sed etiam ex longinquis terrarum partibus ueniunt fidelef orare et offerre munera in domo domini saluatorif. in templo domini fabaoth. in monafterio fcilicet sci Bonifacíí martirif : fentienf odorem ungentorum et famam tantarum uirtutum diffufam in cordibus pene omnium nationum quedam nobilif comitiffa. diuef terrenarum facultatum. Alberat nuncupata. uoluit particeps fieri orationum fidelium fratrum in fuldenfi monafterio deo omnipotenti die noctuque deuotiffime famulantium. cumque fe applicaret ad ostia exteriorif tabernaculi. id eft ad portaf ciuitatis. ubi nulla prorfus femina audet progredi. ut uel fic uelut Maria introfpicienf fatiaretur defiderio. quo intrinfecuf attrahebatur in domino. conuocat per internunciof prelatof congregationif. et exponenf eif defiderium animi fui rogat obnixius particeps eorum orationum fieri. Sufcepta igitur plene fraternitatis et orationif

[1]) Schann. tradit. 608. Vergl. cap. 60 a.

totius congregationiſ adminiculo obtulit et ipſa tota deuotione uota ſua que diu ſecum cum magno deſiderio in cordis ſui portabat hoſpicio. Obtulit inquam deo et ſco Bonifacio non ſine lacrimiſ compunctioniſ. implens illud pſalmiſte dicentiſ qui ſeminant in lacrimiſ in gaudio metent. proprietatiſ ſue treſ uillaſ cum omnibus compertinentiiſ et appendiciis ſuis. (163ᵃ) id eſt in Batten. Ronaha. et Leimbach. ſub tali conditione. ut fratreſ fuldenſis monaſterii hec eadem ſua oblata patrimonia ſub ſua ſemper haberent poteſtatiua cuſtodia. cura. atque cultura. et ut redituſ ſiue cenſus annuatim abinde tollerent. et in ſuoſ uſus quomodocunque uellent tranſferrent. ut ſui ſemper in ſacriſ orationibus memores essent. Erat enim optime uoluntatiſ femina. uolenſ omne patrimonium ſuum in huius monasterii transferre diſpendium. Sed quia prelati noſtri minuſ ſolliciti erant circa eam. remouit animum ſuum et alias ſe conuertit. nec tamen nobiſ que dederat abſtulit. Conſtruxit enim in proprio domate. id eſt in caſtello ſuo quod Banze uocabatur. monaſterium sci Dioniſíí martiriſ. ubi coadunauit quam pluresſ fratreſ ſub regula sci Benedicti deo deuote ſeruienteſ. ibique quamdiu ſuperuixit. in uigiliiſ et orationibus. ieiuniiſ et elemoſiniſ inſiſtens ſtudioſius deo uacare non deſíít. Regnabat eo tempore Otto imperator magedeburgenſis conſtructor epiſcopíí cognatus eiusdem nobiliſſime matrone qui omnes eius traditioneſ et cenobitarum conſtructiones ſuo confirmauit precepto. ut nulluſ hoc quod dedit et inſtituit uiolare uel permutare poſſit in aliquo. Quae defuncta ſepulta eſt in monaſterio sci Dioniſii martiriſ in prefato loco caſtelli ſui Banze uocato. quod ſitum est ſupra litus Moyn fluminiſ. ſiuntque per eius merita ut fertur plura ſigna a domino noſtro iheſu xpo. cui ſe commendauit relicto ſeculo.

(165ᵃ) 67. De oblatione Heinrici abbatis in Bramuirst [1]).

In nomine et honore sce trinitatiſ. Notum ſit omnibus xpianae ſidei cultoribus qualiter domnus Heinricuſ uenerabiliſ ſuldenſiſ eccleſie abbas per manus quorum(dam) fidelium ſuorum Sigebotoniſ uidelicet et Sigifridi in ſilua sci Bonifacii que dicitur Bramuirst quoddam cepit nouare nouale. ut in eccleſia ſua fuldenſi ſcilicet congregatione ſempiternum ſibi faceret memoriale. Quod opuſ deo proſperante dum bene cepit meliusque de die in diem profecit. maximum iocunditatiſ et utilitatiſ gaudium ſibt et fratribus inde prouenit. Nam locus qui prius erat cubile ferarum et latibulum bestiarum et inhabitatio latronum atque predonum domus. factuſ est habitaculum et commoratio hominum de labore suo uiuentium. Conuentione itaque publice facta domnus abbaſ (165ᵇ) cum conſilio ſeniorum fratrum et fidelium ſuorum hanc legem dedit ut coloni eiusdem ſilue .XII. annoſ eſſent absque tributo. excepto quod ſi aliquiſ eorum mortuuſ fuiſſet iumentum quod uulgo dicitur caput optimum ſiue ueſtimentum quod melius haberet in uſuſ fratrum ad infirmariam cederet. Et si heredem ibi non haberet. omnia bona eius per annum in publica curia ſeruarentur. Et ſi interim

[1]) Buchon. vet. pag. 337.

ueniſſet qui inde haberet ex iure querimoniam. ſtatim inde conſequeretur iuſticiam et miſericordiam. Sed et hoc conſtitutum est a prefato abbate. ne alienus uillicus colonis illis preficeretur. niſi unuſ quemcunque inter ſe elegiſſent. nec umquam contingat eosdem uiroſ ullum aduocatum habere preter principalem aduocatum de domo fuldenſis eccleſie. Expletiſ uero .XII. anniſ XX talenta annuatim perſoluant. et hec omnia in uſuſ fratrum fuldenſium cedant. ſcilicet duo talenta ad prefati abbatiſ anniuerſarium celebrandum. cetera uero ad habendamcuram fratrum et infirmorum. Erat hiſ temporibus Fulde camerarius Cunradus nomine eisdem hominibus ſatis idoneuſ et gratus. pro cuius beniuolentia ex domini abbatiſ et fratrum permiſſione praeter ſolitum cenſum etiam ante praefinitum tempus generalis cenſus in festo sce Walpurge decreuere talentum perſoluere. ex quo ipsius fratribus caritaſ in refectorio fieret .II. non. Mai. et post mortem eiusdem cedat in anniuerſarium ipſius. Hoc autem ut firmius poſſit esse ratum. domini Innocentii papae priuilegio confirmatum est. obligatusque uinculo perpetui anathematiſ qui hec uiolare uel mutare temptauerit. Acta sunt hec kal. novembr.[1] in dedicatione fuldenſis eccleſie. Et ſunt hi teſteſ. Gozmarus aduocatus. comeſ Goteboldus. Trageboto l. et alii plures.

(166ᵃ) 68. De oblatione Warmundi[2]).

Nouerint cvncti fideles tam futuri quam preſentes. qualiter warmunduſ de Sigimundeſ uir libere conditionis uillam quandam Sandeſ nuncupatam cum omni utilitate ſua. et quedam beneficia ſua in wiggereſ. cum his mancipiiſ alexandro. ingrammo. almundo. wolframmo. warmundo. Rudegero. Kuniza. Kunigunda. que poſſedit hereditario iure. in manuſ Goteboldi comitiſ de Hennenberc ea lege allegauit. ut eadem beneficia et mancipia ad altare sci Bonifacii in fuldenſi monaſterio pro remedio anime ſue et parentum ſuorum delegaret. ſub ea condicione. ut fratreſ eiusdem monaſterii ipſum in recordationem plene fraternitatiſ ſuſciperent. et poſt mortem ipſiuſ memoriam piis eorum precibus domino commendarent. Porro Alexandrum et Ingrammum ad cameram abbatiſ pertinere decreuit. reliquam uero familiam cum omni redditione praedictorum ad ſeruicium fratrum firmiſſime et conſtantiſſime deputauit. nec ullius aduocati iudicium ſequeretur uel ab aliquo ullum grauamen pateretur. uel cuiquam hominum nisi fratrum nuncio subderetur. Et ſi quiſ illorum ſua ſponte uel coactuſ ſe in aliud iuſ. unde fratribus alienus efficeretur. traderet. quid facultatiſ et proprietatiſ poſſideret in uſuſ fratrum cederet. At uero Goteboldus comeſ. quemadmodum predictuſ fideliſ noster warmunduſ in manum et fidem ſuam ſua bona allegauerat. ita et ipſe fidem per omnia ſeruanſ ad altare sci Bonifacii legitime delegauit ea condicione ſicut

---

1) Schannat setzt hinzu anno MCXXVI; aber in diesem Jahre war Heinrich noch nicht Abt. 2) Piſtorius 576,30. Schann. tradit. 627.

predictum est. (166[b]) Idem uero Goteboldus comes tam proprie quam fratrum utilitati consulens expetiuit a fratribus. eo quod prefata possessio Sandes sue coniuncta esset possessioni. ut sibi commendaretur ad excolendum et debitum censum inde persoluendum. Cuius peticioni fratres gratanter assensum prebuerunt. eique bona petita sub tali conditione commendauerunt. ut inculta uti promiserat excoleret. et annuatim exinde quinque solidos in usum fratrum persolueret. Census igitur in wiggeres sunt septem solidi. in Sandes quinque solidi.

69. De oblatione Gerlai. et Regilinde uxoris eius [1].

In nomine sce et indiuidue trinitatis Notum sit omnibus fidelibus tam futuris quam presentibus qualiter Gerlahus et coniux illius Regilint pro remedio animarum suarum parentumque suorum sco Bonifacio et fratribus in fuldensi monasterio sub regula sci Benedicti deo deuote militantibus omnia que hereditario iure possidere uidebantur. tam in prediis et mancipiis. quam beneficiis et concessis tradidisse (?). ea uidelicet ratione. ut quamdiu utrique uiuerent. traditas possessiones sibi in usum uite reseruarent. Post finem uero uite eorum ecclesie in proprietatem cederent. Hanc autem traditionem sub tali conditione fecerunt. ut in possessione sua Tulba nuncupata. monasterium ex proprio sumptu cum adiutorio abbatis heinrici construeretur. fratresque ibi deo seruituri aggregarentur in quorum usus ex permissione abbatis reditus tam beneficiorum quam proprie hereditatis sicut monasterio fuldensi tradiderant delegarentur. Sed quoniam res humane dubie constant. tale pactum interposuerunt. ut si contra propositum uoluntatis eorum contigisset prefatam structuram non perfici. (167[a]) aut perfectam forte postmodum destrui. omnis prescripte traditionis reditus in usus fratrum fuldensis cenobii absque ulla contradictione reuerteretur. Ad confirmandam uero et uniuersis hanc traditionem declarandam. ipsa die traditionis decem in Tulba et Cimhagen. necnon et .X. mancipia proprie dominationi abdicantes. iuri et usui ecclesie cum reditibus et omni utilitate ex integro concesserunt. Quorum mancipiorum nomina sunt hec. Dietlint. Hiltegunt. Hûc. Giselbraht. Hartmut. Liutgart. Frowin. Isintrut. Iudita. Heribot. et eorum proles. Et ne cassari aut infirmari ullo modo possit hec traditio. uel filiorum negligentia si ab eis generarentur. aut cognatorum si sine filiis morerentur. idoneos testes sex numero coequalium suorum delegerunt. quibus hereditarie tradicionis ius delegarunt. illis hoc ius delegationis inuicem sibi manu ad manum tradentibus. idcirco ut si forte primi traditores. uel alter eorum post mortem alterius pauperem pro domino uitam in castimonia ducere delegisset. et ab eis traditionis huius testimonium requisisset. uel post decessum utriusque abbas. seu fratres fuldenses traditionem hanc ab eis attestari iussissent et confirmari. si tunc temporis testes hi omnes non superessent. aut adesse non possent. quotquot

---

[1]) Dioeces. Fuld. p. 254,26. Tradit. 624. Schannat hat diese Urkunde zerstückelt.

ex hiſ haberentur. traditionem primam ſecundaria traditione heredum uice renouarent. Quorum teſtium ſunt hec nomina. Reginhart. Gerhart. Gerlach. Hertwic. Berthoh. Chuno. et alii. Preter hanc communem utrorumque traditionem. et preſcriptae traditioniſ conditionem. prefata Regilint priuatim pro ſe ſuiſque omnibus tam uiuiſ quam defunctis tradidit sco Bonifacio ſpecialiter in uſus fratrum fuldenſium ex hereditariiſ parentum ſuorum boniſ octo (167[b]) hubaſ in Negeſtete. cum dimidia parte eccleſie et XX mancipiiſ. Facta ſunt igitur hec omnia. anno dominice incarnationiſ. M°. C. XXVII. Regnante domino Lothario imperatore menſe iunio proxima die poſt festum sci Bonifacii. Preterea idem Gerlahus de tulba miniſterialiſ huius eccleſie ſeorſum ceteriſ omnibus que obtulerat. predium quoddam in Koten quod ab hiſ quibus hereditate legitime proprietatiſ obuenerat dato precio coemptioniſ redemerat. libera et abſoluta poteſtate in uſum fratrum ſce fuldenſis eccleſie ob eternam ſui memoriam delegauit sco martiri Bonifacio. ea condicione. ut fratreſ ſepedicti monaſterii poſt mortem eius in die anniuerſarii eius caritatem inde haberent. et fraternitatiſ eorum orationibus adiuuari queat. et fideliſ eius oblatio ad recordationem ſui et ad interpellandum pro eo ſummum iudicem predictos fratreſ ſepius ac ſtudioſius incitaret. He ergo omneſ traditioneſ a fideli uiro Gerlaho. et a deo deuota eius femina peracte ſunt in fulda ad portam sci petri apoſtoli coram abbate Heinrico. et cunctis fratribus fuldenſiſ congregationis. Cuius traditioniſ et preſcripte conditioniſ teſteſ fuere prefatus domnus abbaſ Heinricus. Werenheruſ decanus. Berthohuſ prepoſitus. Cunradus camerariuſ. Sigifriduſ oſtiarius monaſterii. Trageboto lagicus. et alii multi miniſteriales eccleſie. Videnteſ itaque fratreſ tantam deuotionem uiri et femine quia cum omnibus que habuerant ad deum confugerant. iuſſerunt hec omnia diligenter in carta conſcribi et ſigillo sci Bonifacii patroni noſtri fideliter inſigniri.

(176[a]) 70. De oblatione Berthohi in Aſcbeche [1]).

Omnium fidelium chriſti pateat cognitioni. quatenuſ cum Berhtolduſ quidam mileſ nobilis et ſtrenuuſ de Iſinacha in Boemia occubuiſſet gladio. heredeſ illius bene memoreſ defuncti cari ſui. corpus eius ad uenerabile fuldenſe monaſterium tranſlatum. ſupplici prece rogabant fratres eiusdem monaſterii. ut memoreſ dignarentur eſſe defuncti cari ſui. et pro abſolutione illius anime oblationeſ ſuas dignarentur ſuſcipere. atque eius corpuſ cum ceteriſ fidelibus in cimiterio eccleſie ſepelire. Quorum peticionibus fratreſ monaſterii annuenteſ et ſolita pietate miſericordiam adhibenteſ. decreuerunt eorum oblationeſ benigne ſuſcipere. et cari ſui corpus debita cum ueneratione ſtudioſe in atrio eccleſie ſepelire animamque illius officioſe deo commendare. Suſcepto igitur corpore celebratiſque exequiis ex more ſollempniter impenſiſ. parenteſ eius et cognati cum multitudine militum qui aderant accedenteſ ad altare sci Bonifacii mar-

[1]) Schann. tradit. 645.

tiriſ. prompta et intima uoluntate obtulerunt predium quoddam in Aſcbeche pro eterna commemoratione cari ſui. quod dum uiueret iure ac lege proprietatis idem ante poſſederat. et morienſ nobis in memoriam ſui allegari petiit. Teſtes ſunt huius tradicioniſ omneſ qui aderant. Traditum igitur ipſum predium ſine ullius contradictione annuatim reddit ſolidos XVIII.

(177a) 71. De oblatione Heriborti in Suntheim[1]).

Cunctis xpi fidelibus notum eſſe uolumus. Heribortonem de Suntheim huius sce fuldenſiſ eccleſie miniſterialem. cum eſſet ſine liberiſ. nos fratres eiusdem eccleſie ſibi feciſſe heredeſ ea conditione. ut ſui ſemper apud deum memoreſ eſſemus. et ut memoria illius per nos deo commendetur. et bona eius uoluntaſ tam futuriſ quam preſentibus in benedictione habeatur. Iſte inquam cum ob ſpem uite eterne ad ſepulchrum domini iter dirigeret bona ſua que ei proprietatiſ iure ceſſerant. in Suntheim. et Northeim et Mittelendorf in manum Cunradi de Nithartesſhuſen. et Bern de Northeim. Sigelohi quoque de weſtheim multiſ preſentibus ea ratione allegauit. ut ſi a cepto itinere ulterius non rediret. eadem bona ſua ad altare sci Bonifacii domini ac patroni ſui cum .XII. mancipiis eius delegarent. Et ſi quiſ eorum trium prior de morte illius certus efficeretur. ſtatim etiam aliiſ neſcientibus delegaret. et alii hoc factum pro rato ducerent. Decreuerat autem beatus ille reditus bonorum ſuorum utilitati fratrum in memoriam ſui cedere. mancipia uero ad cenſum altariſ pertinere. Igitur ut finem uite illius Sigilohus percepit. quod fide promiſit. et manu percepit. ad altare sci Bonifacii in uſum fratrum delegauit. Quod et poſtea chunradus ſimiliter fecit. Porro cum ipſa bona noſtra beneficiiſ eccleſie que idem etiam poſſederat immixta eſſent dominus Heinricus herueldenſiſ qui tunc et noſter abbaſ fuerat. eadem beneficia nobis fratribus in ſui recordationem tradidit. Teſteſ ſunt Gotefridus comeſ et frater eius Boppo comes. et alii multi. — XXX ſolidi.

(182b) 72. De oblationibus Tutoniſ cellerarii[2]).

Notum ſit cunctiſ. xpi fidelibus preſentibus ac futuriſ. qualiter pie memorie Tuto cellerarius fratrum licentia abbatiſ ac frm nouale quoddam in Hagebach nouauit. quod XXIIos ſolidoſ perſoluit. Ex hiſ .X. ſolidoſ ad commemorationem anniverſarii eius fratribus dari conſtituit. cetera ad communeſ fratrum utilitateſ deputauit. Item idem occupauit et aliam uillam quam appellauit Tutenhagen cui adiacenſ fuit quoddam bonum nomine Echenhou. quod a cognato ſuo Gerlaco de Bramfirſt redemit. et fratribus in memoriam illius deputauit. et partem illiuſ ad hoſpitale dedit. partem ad hoc conſtituit. ut in honore sci Nicolai cum tribus ſolidis uinum fratribus ad propinandum in ipſius

---

[1]) Schann. tradit. 636. [2]) Schann. histor. Fuld. I, 46.

festo comparetur. Idem uir beatuſ largus atque munificuſ. et fraterne caritatiſ affectu plenus. emit etiam quoddam predium in Suntheim per ebonem parrochianum a quodam uiro nomine Ortwin. quod .V. ſolidoſ reddit. et in Scundera duoſ fratreſ cum prediolis ſuiſ eccleſie conquiſiuit. qui duoſ ſolidos annuatim perſoluunt. Sed et molendinum infra urbiſ muroſ edificauit. et alia molendina. que sunt ultra aquam. combuſta in melius reformauit. Villam quoque giſelaha. que prorſus defecerat. et in ſolitudinem redacta fuerat. multo labore reparauit. et in fratrum uſum reſtituit. Iſte ergo ſicut prediximus uir beatus et omni bono (183ᵃ) opere plenuſ non ſolum in exterioribus utiliſ ac neceſſariuſ fuit. hoc eſt in edificiiſ .in noualibus. in agricultura. in coemptione prediorum. ſed et interius id eſt in eccleſia in hiſ que ad deum et diuinum pertinent miniſterium quam utiliſ fuerit ſatis manifestum est omnibus fratribus in hoc monaſterio. et manifeſtius adhuc futuris fidelibus cum fructus bonitatis eius de die in die ſupercreuerit et aucmentatus fuerit. Denique et ipſe felix comparauit eccleſie de ſuo labore treſ caliceſ argenteoſ. quorum maior .V. marcaſ argenti abſque auro. alter .IIII. marcas. tercius unam marcam habet argenti. Quatuor etiam caſulas ualde bonas de pallio optimo conquiſiuit eccleſie. unam ex hiſ de albo pallio optimo cum aurifrigio ornatam. Treſ albaſ. et unum cingulum ex pallio. Vnum librum miſſalem quem propriis manibus deſcripſit. cum lectionario et euangeliario. et unum collectarium cum coopertorio piſcino. Cappam unam ualde bonam ex pallio purpureo cum lato aurifrigio eccleſie comparauit in ornatum fratrum. Campanam unam fundi iuſſit que conſtat ex XVIIII. centenariiſ. quam .XVI. marciſ comparauit. Vineam unam extra muroſ urbiſ fundauit. et ad uſum eccleſie et fratrum eam deputauit. Stolaſ .IIII. unam ualde bonam ex argento. Antiphonarium cum graduali. et pſalterium. atque breuiarium conſcribi iuſſit. Menſale optimum cum manutergio et cipho argenteo ipſemet nouiſſime ſuper aram sci Bonifacii obtulit. Super hec omnia etiam ad deſcribendum librum iſtum membranam impendit.

(183ᵇ) 73. De oblatione Ertagi cuiusdem nobilis uiri [1]).

In nomine patris et filii et ſpiritus ſancti. Nouerint fideleſ tam futuri quam preſenteſ qualiter ego Ertâg sco xpi martiri Bonifacio curtem meam in Tutenhuſen cum omnibus pertinentiiſ eius trado. et in Fladecheim manſuſ .VII. et iugera LXX.IIᵒ. et haſ uillaſ. wicbrahterod. Nuwenrot cum omni utilitate ad haſ pertinente. Duoſ etiam miniſtros meoſ quorum nomina ſunt. Hecil. et Ecelin. cum omni poſſeſſione eorum trado fratribus fuldenſis monaſterii ſub tali pactione. ut in curte eorum optimo iure ſeruiant eiſ abſque obpreſſione et contradictione. Inſuper ancillam meam nomine winizam uxorem Geizoniſ cum predie ſuo in Hewineſhuſen ea trado condicione. ut ſi liberoſ habeant

[1]) Piſtorius 586, 1. Schannat hat aus dieser Urkunde u. cap. 64 eine Urkunde unter Nr 591 gemacht.

in curte fratrum ferui**a**nt. Sin autem ab ipfo beneficio cenfum perfoluant ficut et alii ad Tutenhufen pertinentef. Hanc tradicionem ego Ertâg certiffima pactione facio. ut femper in anniuerfario depofitionif mee fratribus fuldensibus feruicium inde caritatif inpendatur. et coram fingulis altaribus candele fingule accendantur. et uigilie ac miffe pro remedio anime mee a fratribus perfoluantur. Acta est hec tradicio anno ab incarnatione domini .DCCCCXXC. kal. mai. Regnante Ottone rufo imperatore coram werenhero fuldenfi abbate. Hanc tradicionem fi quis uiolauerit aut infregerit. aut aliquo modo a fratrum fuldenfium utilitate acceperit. a cetu fanctorum extorris eterne gehenne incendiif a iufto iudice deputetur.

(184ᵃ) 74. De oblatione villicationis in ottenhufen[1].

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Notum fit omnibus fidelibus chriftianis. qualiter villicatio noftra in Ottenhufen uera et certa traditione antiquorum principum. primum quidem marchionif Ottonis. poftmodum uero domini Ertâgi. ceterorumque principum faxonie sco Bonifacio martiri donata et legitime delegata. ad noftra peruenit tempora. Nouiter uero cum multorum circumfidentium uiolentia pro fui a nobis remotione deuastaretur. et obprimeretur. ipfam duci faxonie Heinrico in tutelam commifimuf. cuius defensione nof tueri ibidem poffe fperauimus. eo quod et ipfe fateretur quod idem bonum de oblationibus antiquorum parentum fuorum haberemus. Illo uero in negotiif regni occupato. recentiora mala nobis illic emerferunt. Quibuf alio ordine contraire et feftinanter occurrere ex confilio feniorum ratum et utile duximus. Fuit quidem hec caufa talis. Nam due uille noftre wifefelt fcilicet et Seuelt fuper ripam wifere fluminif altrinfecus funt difpofite. tam cultura agrorum quam captura pifcium nobif utilef. antiqua conceffione prifcorum principum faxonie nobis attribute et habundantia pifcium quam maximum commodum dantes de maceria quae ibidem per medium fluminif difpofita est. ufui nostrae ecclefiae s. cedentef. que maceria uulgo vah uocatur. Porro Lutolfo de caffele medium eiusdem macerie fibi uendicante pro foreste Sulgo adiacente (184ᵇ) beneficiali iure a duce fibi cedente. Nof tandem dei gratia per dominum Reginoldum cancellarium regif a predicto Lutoldo illud iterum in integrum recepimus. ficque ab hac moleftia liberati fumus. Videnf ergo idem cancellarius eandem uillicationem parum noftrae utilitati cedere. fibi autem de copia pifcium pro ipfa uicinitate utilem fore. fibi hac interpofita ratione concedi poftulauit. ut quamdiu maiori dignitate illius temporis fuffultus non effet. loco uillicationif eandem uillam ita procuraret. ut annuum reditum tam in cenfu quam in pifcibus ftatuto tempore nobis perfolueret. et difperfa congregaret. fubtracta requireret. deftituta redintegraret. et in hif omnibus nihil detrimenti nobis afcriberet. adiicienf et hoc. ut fi uno anno propofita negligeret. uel diuina difpofitione

[1]) Piftorius 586, 51. Schann. Buchon. 324.

ad altiora conſcenderet. ipſa uillicatio ab eo libera et abſoluta nobiſ ſine ullo impedimento uacaret. nec uel tunc uel nunc predictuſ germanuſ illiuſ .L. aliquid de ea ſe intromitteret. uel permiſſione ipſiuſ quouis modo ſibi adtraheret. uel reconſignata repeteret. ſed noſtra nobis liberrime ab omni diſpoſitione illius redirent. Conſulenteſ ergo nobis ex qualitate temporiſ. et ex eo quod idem cancellarius ſpiritaliſ frater noſter eſſet. attendenteſ etiam hoc in curia imperatoriſ in multiſ nobis prodesse. annuente .M. abbate ſecundum preſcriptum modum eandem uillicationem illi commiſimus. nec tamen a commendatione qua duci H. eam commiſimus deſiuimus. Acta ſunt hec (a). dominice incarnationis M°. C°. L.VII. ind. V. Regnante Friderico imperatore. sub abbate Marcuardo.

(186ᵃ) 75. De oblatione Gerhardi de Vargalaha [1]).

